Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Collegia Ingolstandensia - Cod. Aug. pap. 104

Rath, Hieronymus Arnold

[Reichenau], 1598-1600

urn:nbn:de:bsz:31-75977

Visual Library

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Aug. 104

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Aug. 184

Commentarius in Institutiones Justi-
nianj Imperatoris, traditus á No-
bili et Clarissimo Domino Hyero-
mimo Rathio Arnoldo, Professore
Ordinario. /.

Exceptus In Catholica et celeberrima
Academia Ingolstadiensi á Christo-
phoro Gerhardo Köberle Jurisutri-
usq; studioso. /.

Anno reparatae salutis Millesimo
Quingentesimo Nonagesimo
Octavo. X.

G.B. HOFBIBLIOTHEK KARLSRUHE

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

In Institutiones Iuris.

Praefatio.

Quia Imperator noster Institutiones istas Iuris studiosis instar Elementorum totius Iurisprudentiae esse voluit eorumque breuius: Nos quoque relictis Prologomenis iisque quae sub initio dici solent esse possunt, rem ipsam statim aggrediamur, uti quidem prius ita et hac vice Iusto et quantum fieri potest Praescripto ab ipso Iustiniano nostro ipsi huic operi finem rursus imponemus, nullo tamen neglecto uel omisso quae ad solidam textus opinionem faciat: Auspicatur ergo Christianiss: Imp. sua haec Iustitiae rudimenta ab ipso Iusticiae fonte et primo Authore his verbis. In Nomine Domini. Rep. pietissimo perfecto et prudentissimo Consilio multum siquidem positum est in bono initio sine quo difficile est ut bonum res exitum sortiatur. Idem e. Principatus i. q. i. Non possumus autem firmius rerum nostrarum fundamentum ponere quam ipsum Christum, teste B. Paulo ad Corinth. 3. cui secure et quidvis superaedificatur modo illud ipsum quoque solidum sit ibid. Hinc Imp. nr. et aliis plerisque lib. et quibus hoc sacratiss: nomen praefixit ut videre initio. A. l. i. et r. C. de offio Praefecti Praetorio Affr.

et initio Auth. de armis. Exemplo Imperatoris et hodie
tabelliones et similes publicis instrumentis idem nomen
plerumque permittunt, quodque utendum est si absit, ea instrumenta
per hoc non vitiari nisi ut semper absit legitima consuetudine
sit receptum de quo late DD. hic. Postquam hoc Divini
Nominis auspicium Imp. proœmio huic suam proprium
inscriptionem subiungit, in qua quid sibi velint Imp.
et Cæsar, et a quibus hæc duo primo in summum Imperium
sint derivata, constat partim ex humanioribus partim
DD.bus. Hic Flavius dictus fuit a familia Flavia ex
qua oriundus. Ideo fuit Vespasianus cuius postea successores
idem nomen sibi usurparunt. Sequitur Justinianus quod
nomen proprium est ipsius Imp. qui adoptatus a Justino
Avunculo suo, illi mortuo in imperio postea successit
Alemannicus, Gotticus, Francicus, Germanicus, Aphrica-
nus, agnomina sunt gentium devictarum ab Imperatore
nostro, per duces suos maxime Bellisarium, Hasphet. quæ
sequuntur Pius, Foelix, Inclytus, Victor ac Triumpha-
tor semper Augustus, hæc solita sunt ab Impp. sub
initium in augureis acclamari, unde et postea sibi hæc
agnomina retinuerunt. Hi autem primi dicti sunt ab
Anthonio uti videre in §. si quis aut. Auth. ne libertini
de cætero. Foelicis a Lucio Sylla homine, aliàs urbis
Romanæ infoelicissimo. Augusti nomen primo datum est Octa-
viano, Ideo autem dicti Augusti quod auguriis, et quasi
Divinitus ad summum Imperium essent effecti quod nomen in pri-
mis conveniebat nostro Justiniano qui sed Imperium Rom.

iam 30. annis a Gottis occupatum restituerit teste Pompon.
Leto. Antiqui tamen Iuris nostri interpretes plerique putabant
inde Augustos dici quod augere res Imperij deberent non
cominuere. quod licet Latinitati non satis congruat, videmus
tamen ut alia nonnulla ita etiam hoc Augusti nomen sic re-
uera semper Augustus lingua illa nostra substituatur. Alle
Zeit mehrer deß Reichs, quo fit ut bb. hic illas
quaestiones monere soleant an potuerint Constantinus
Imp. Italiam in Sylvestrem transferre, nonnulli et an haec
alienatio sit facta dubitet, Uno verbo factam esse et quidem
legitime qui sed omnes Imperij proceres consenserit constat
ex cap. Constant. 96. dist. iuncta Clement. unica de iure
iurando. Concludit hinc Iust. in scriptione suam his verbis
Cupidae ll. Iuventuti iura n. scripta sunt vigilantib. et
maxime iunioribus. non quod seniores ab iis repellantur et ut aliqui
hic commiscentur et privilegiorum Iuris sint incapaces.
Constat siquidem magnae et aetatis plerosque primum iurisope-
ram dare coepisse, et quoque magna cum gloria profecisse ut
et his nostrum multis postea commentarijs illustrarint
ut sed bb. hic.

Quibus omissis venio ad ipsum proemium quod exemplo Caj
Iurisconsulti l. 7. ff. de origine Iuris, recte Imp. nostri
huic operi praefigit ut sic ad rem ipsam aditum paulatim fa-
ciat. Sunt autem hoc nostri proemij tres partes. In ia docetur quod
Imperatori incumbat cum bello et pace. In 2da quomodo ipse
ea utroque tempore confecerit. In 3ia nimirum et spem addit
Iuris Studiosis, quo ad primam partem eam ex ipso textus

initio hic e videre ubi bb. disputare solent an arma ll.is. vel ll. armis praestent cum similib. quo nic brevitatis causa remitto. Circa sdam partem notandus ordo librorum Juris quem nosse imprimis oportet, si n. ut fit aliquando ll. inter se sint contrariae nec conciliari ulla roe possint, tunc statim ijs quae posterius latae sunt, censenturque priores esse revocatae c. i. de constit. in 6o.

Primum quo oim Justin. ex Codice Hermogeniano Gregoriano et Theodosiano in quibus erant multa confusa unum Codicem fecit, a se dictum Justinianeum, anno a Chro nato 529. Co 2o. sui Imperij, quem Codicem hodie non habemus et de eo loquitur Imp. §. et cum sacra initio hic et l. ja. Co. de novo Co. faciendo. Inde anno 534. ex immensis veterum voluminib. duobus scilicet millib. librorum, et tricies centenis millib. versuum fecit 50. libros ff.rum et pandectarum d. §. et cum sacra verb. his tunc nostram p. iuncta praefatione in digest. Dicta aut digesta sunt pandectae, quod in se legitimas disputationes, ac decisiones contineant l. 2. cap. de veter. iure enucleando. Post digesta eod. anno a Justiniano, nrae institutiones per Triboniani, Theophilum & Dorotheum sunt perfectae §. cumque hoc Deo cum §. sequenti hic. Hinc emendato, et in plerisque aboleto suo priori Codice Justinianeo contulit se Imp. ad novum Codicem anno 536. de quo sub initio Co. titulus e de emendatione Cis quo perfecto quia multa adhuc occurrebant quae de novo constitutionem videbantur, aliqua et ex prius constitutis rursus

immutanda prodierunt tandem ab eodem novellae constitutiones vulgo dictae Authentica diversis vicibus, ut videre est sub singularum finem. Et haec sunt quae nobis Gloriosissimus Imp. nostr. post se reliquit. Inde subsecutae quorundam Imperatorum posteriores constitutiones, ut Henrici, Friderici libri et feudorum, tandem constitutiones Caroli V. et sic deinceps quoties novi morbi convincerunt, et alia reipub. ratio aliud requireret tunc nova et adhibita remedia videmus. Sdm Ca. extra iur. calum.

Quaerunt a. hic BB. quomodo Imp. isto proemio ita potuit se collaudare. Ro. passim potuisse, cum laudem istam non referat ad sui gloriam, sed ad excitandos animos studiosorum, ut sic et hi aliquid conentur tanta industria et labore Imperatoris sui ob oculos posito de quo latius BB. hic. Ubi et istud quaerunt quomodo Imp. isto proemio dicat omnes populos istis suis ll. gubernari cum tamen non omnes imperio subsint, nemo autem legem dicere potest nisi sibi subiectis iuxta l. ultimam C. de iudiciis omnium iud. Intendunt aliqui Imperatorem tunc ipsi quasi omnibus populis praefuisse ut ipse loquitur l. de pec. ff. ad l. Rodde raptu. Alii sic illum Imperatorem volunt, non quod revera omnes populi his suis ll. teneantur, tanta tamen earum sit aequitas ut gaudeant eas omnes amplecti, uti et videmus postea evenisse. Attest et sic interi Imp. his verbis: Omnes populi non tamen censeri dixisse, nisi suos et sibi subditos populos. Verba autem quantumcunque sint generalia semper tamen intelligenda sunt civiliter et quo ad subiectam materiam arg. l. si cui ff. de servitut. et aqua cum similib. sub finem proemii Imp. Studiosis Iuris mercedem laborum proponit forensem si diligentes fuerint, ut iis respub. in partibus

suis credatur gubernanda, qui finis longe est honorificentius propter quem tamen sibi quisque et singularem scopum poterit praefigere. v. g. honorem familiae augmentum rei familiaris etc. Sic tamen ut omnia ista qualiacunque tandem antea omnia ad ipsum Deum referamus in quem oportet ~~[illegible]~~ nostra studia primum et proprie collimemus.

Liber primus.

De Justitia et Jure.

Titulus primus.

Inscribitur hic tit. ita dupplr de Justitia et Jure quia aliud est iusticia aliud Jus cum illa habitus, hoc vero actus ipse qui ex illo habitu proficiscitur, unde et recte ab Ulp. l. ja ff. de iusticia et iure Jus dicitur a iusticia descendere et consequenter hoc esse posterius. Et praeterea a Justiniano nostro, iusticia per ius definitur cum et soleant habitus per actus suos definiri, diligenter a. omnia et singula in hac iusticia defoe sunt consideranda: quanquam enim omnis definitio in iure periculosa sit l. omnis definitio ff. de R. J. haec tamen optime et a Theologis defenditur. Et defenditur primo hic iusticia non illa qualis per omnes virtutes continet in se iuxta vulgatum versum, sed particularis qua sit hoc solum agere ut ius suum cuique reddatur. Idem vb. Justitiam hic accipimus non pro divina sed humana iusticia, quatenus ea nimirum qua

bernetur Respub. sine illa commutativa sit iusticia quae fit ut in
iactib. servetur aequalitas sine distributiva qua bonis praemia
malis vero poenae decernuntur de quib. late Artes in Ethicis et
PP. hic. Et haec de definitione p. Circa definitionem intendo
to, quis, poni ista verba: Constans et perpetua voluntas
quae simul sumpta nihil aliud sibi volunt quam si diceret Imp.
habitus voluntatis: circa ista duo verba Constans et per-
petua, intendo est nec haec temere coniungi, simul n. sumpta
nihil aliud sibi volunt quam voluntas constans et firma
perpetuo iusticiam servandi quemdam explicat S. Thom. 2.
2.ae q. 58. art. 1. Quaerunt autem hic PP. quomodo iusticia dici possit, obiectio
constans et perpetua voluntas, cum nihil apud nos sit firmum
et stabile iuxta S.m ut aut. Aug. de non alien. Et ut
Salomon dicit Iustus in die septies cadit. Citatus in C.
septies de poenitentia dist. 7. Respondet Accursius hic
verbo iusticiae in fine, iusticiam hic definiri in abstra-
cto spectata sed tantum in se, non vero in concreto quatenus nimirum
nos eam humanis actib. accomodamus. Manet siquidem
semper parentes V. G. Spr. esse honorandos, sed repertus aliquis
Nero fuerit, qui matrem occiderit. Imo nec Nero ipse Exemplum Neronis Regis
ita crudelis esse potuit, quin iam dictam generalem propositi-
onem iunctam existimaret, sed postea in particulari in pro-
priam matrem peccaverit: Venio ad ultimam partem definiens
Ius suum cuique tribuendi vel tribuens. Quae essentialis
differentia est Iusticiae a reliquis virtutib. quib. verbis
illud continetur, ut et sibi quis ius tribuat honeste sed vivendo
et aliis aequaliter distribuendo honorem et praemia re-

minē lædendo, ut iudicio, ut contractu, ut corpore ut fama
ut quovis alio modo. Atq; illud ius suum cuiq; tribuere la-
tissime hic accipitur, secus atq; in trib. iuris præceptis, de quibus
paulo post. Ve cuiq; tribuendi ius suum, bene, nō n. in nuda
voluntate iusticia ē posita, sed præterea et exercitio, et
hinc dicta iusticia, quod ius sistat. Vt cuiq; tribuendi
ius ut innuat Imp. nullam habendam ēe personarum ius rationem
sed omnibus æquale ius communicandum pauperib. iuxta ac divi-
tib. civib. atq; inquilinis uti dr cap. 10 Deut. Vt ius
suum et nō proprium, nō n. debet Iudex sed illud quod
sibi iudex tm procedere, sed quod volunt merita causarum
et ipsæ ll.es nō indulgere affectib. privatis sed semper
stare iuri publico Idem initium in f. ff. de offic. Iud.
§. observandum ff. de offic. Præsidis C. indicet 3.6.7. cum segg.
Et ex his verbis illud quoq; colligitur verum ēe quod ait Imp.
Iust. init. auth. ut oes Iud. obed. iusticiam sed omnium
virtutum ēe perfectissimam et præstantissimam, quia sed semper ver-
setur ad alteram sed ius suum cuiq; tribuendo, cum aliæ virtutes
potissimum spectent bonum proprium. Legno latè b. Thomas
d. to art. 1r. Ex quib. et illud nrio efficitur Iuris pru-
dentiam nram, quia circa iusticiam versatur, omnium quoq; scien-
tiarum esse nobilissimam teste ipso Aristot. 1. Eth.
Et hæc circa definitionem Iusticiæ.

Sequitur definitio Iurisprudentiæ, in qua, quibus
ē scia: Nihil n. in iure nro habemus, quod nō exer-
ta roe eaq; desumpta ex certiss. principiis sit profectum.
Unde vulgo dr ll.m rationē ēe animam. per e consuetudo

Imp. Iust. [illegible]

Quare iusticia sit omnium virtutum præstantissima.

Quod ll.m anima.

dist. 1. et c. Marchio. 1. q. 1. Quanquam nos aliquarum llm. rationem reddere non possimus l. non omnium ff. de ll.bus Nihil a. illud refert cum constet Iurisconsultos et Impp. nihil temere et sine summo consilio statuisse. Additur in tertio scientiae ut notitia rerum divinarum et humanarum, non quidem ut eas poenitus et quo ad omnia perspectas habeamus, sed sciamus solum quid in utrisque aequum, quid in ignum sit, quid conveniat foro Ecclesiastico et quid saeculari, ne utriusque Iurisdictio confundatur. l. nos reddentes. q. Co. de summa Trin. et cap. bene quidem. x. c. duo sunt cum seqq. dist. 96.

Tandem subiungit Imp. Iusti et iniusti, quae verba postrema similiter essentialem differentiam constituunt Iurisprudentiae a reliquis scientiis. Hic n. proprius finis est scientiae Iurisprudentiae, ut iustum ab iniusto discernat omnibus pro ut meruerunt summa aequitate, et aequabilitate iudicat. quis finis Iurisprudentiae proprius

Hactenus de iurisprudentiae defoe, cum qua plane quaerit illa Vlp. dicta l. 1. ff. hoc tit., ut sit ius sit ars boni et aequi. Quibus praemissis Imp. §. his igitur, docet motum et rationem in iure procedenti, a simplicibus nimirum et levioribus ad difficiliora et gradiora uti videre ibi. Vulpa quod non Imp. nostri, sed ipsorum studiosorum erit, si hoc rationem relicta difficiliorem sequantur. Hinc venit Imp. ad iuris praecepta quae tria constituit. §. iuris praecepta hic.

Primum est honeste vivere, quod refertur tum, quo ad personam cuiusque propriam, ut sit bene honesti et sanctum ll. se habeat. Quod cum in omnibus requiritur tum maxime Iure,

consultis, Judicib. et magistratib. quod n. illos mores in alijs
reprobent quos in se ipsis approbant, argto legis, in arena
C. de inofficioso testamento, Imprimis n. illud quaerit ut eodem
iure, quod quis alijs statuit, et ipse vivat, p. lex. ff.
quo quisq. iure. Idem praeceptum est, neminem laedere corpore
sed ut fama. p. aequalis n. in iure nro ro utriusq. habetur
argto legis iuxta cam ff. de manumissis vindicta. Et nec
et illud refert ne quis seipsum laedat, sic n. nos tm se quam
rempub. laedere censetur, cum membrorum nostrorum ipsi non simus
Unj l. liber sit homo. ff. ad l. aquiliam. Et hinc gravissima
quoque poena in illos constituta est, qui sibimet ipsis violentas
manus inferunt, ut vitere est oe delictum ff. de re militari
et toto tit. ff. x. etc. de bonis eorum qui sibi mortuus. multo
n. minus alijs parcitur erit qui sibi ipsi non pepercerit l. f.
ff. d. tit. cum charitas incipiat a se ipso, argto legis praed
pecunia C. de servitut. et aqua. Certum praeceptum est,
Jus suum cuique tribuere, quod eo spectat ut circa res
et facultates in contractibus alijsq. pactis, nullus circumveniatur
sed ius cuique suum tribuatur, unde facile colligere est
strictius multo hic ius suum cuique tribuere accipi, atque
supra in defoe iusticiae. Tandem §. ultimo Comp. ius di-
vidit in duas partes pub. et privatam, subiungens
statim utriusq. defoem. Consistit Jus pub. in sacris,
sacerdotib. et magistratib. d. l. hoc tit. privatum
vero in quibusvis alijs, ut testamentis, tutelis, contractib.
Illud a. circa utramque hanc iuris spem est quaerendum
ius pub. non ita ad statum rei Romanae spectare quin et
sdario faciat ad utilitatem singulorum et vice versa

Jus privatum sz ppr utilitatem singulorum respiciat statio tm et statum rei Rom. spectare. Interest n. et singulorum reipub. ipsorum sacerdotes et magistratus, quemdm et interest reipub. quemvis re sua bene uti, et quo ad oia honeste sese tbre p. §. fin. j. de his q. sui aut alieni Juris. Quanquam aut ita duplex sit ius, istis tamen institutionibus Imp. tm tractat de iure privato sub fine tituli hus dicit ex tribus ppriis esse pfectum naalib. sz gentium, et civilib. Dicit Imp. ex his trib. ius privatum esse profectum non quemdm alij plerique volunt iuris privati tres illas esse partes, naale n. ius et gentium verius sunt iuris pub. qua privati, de quo late bb. hic.

De Jure Naturali Gentium et Civili.

TITULUS SECUNDUS.

Cum dixerit sub fine tit. primi coe ius ex trib. propriis constare, recte nunc sequitur, quae illa sint. Quis sz naale gentium, et civile. Sunt aut hus tituli tres mxe partes, prima agit de iure naali. Sta de iure gentium et ~~sta~~ de iure civili et utriusque inter se differunt. Tertia quotuplex sit ius civile, et quae eius partes, vel subdivisio, iuncta differa inter ius civile et naale. At iam quod attinet circa defectum iuris naalis initio hic ntum est ibi nomen iuris accipi pro ni, instinctu et

inclinatione naturali insita omnibus animantibus, ut loquitur Cic. Ari-
dee loquendo ius hoc naturale ius dici non potest. Cum in ani-
malibus ratione carentibus ius constitui nequeat ut per iniu-
riam secundum legem 1. ff. si quadrupes pauperiem. Vel possumus
dicere illud ius naturae et proprie ius dici posse non quidem
ratione animantium, quae rationis usu carent, sed ratione ipsius naturae, quae
summa ratione hanc vim et inclinationem naturalem animantibus in-
didit, unde et dicitur initio hic quod natura omnia animalia
docuit, Et sic quoque accipiendus finis tituli initii omnia ani-
malia istius iuris perita censeri, et hoc ius naturale quod
sine ratione consistit in omnibus animalibus, dicitur a Pp. nostris primarium
ut primarium ad differentiam alterius iuris naturalis dicti secun-
darii, quod sub ratione naturali inter omnes gentes est constitutum de quo
Quae sunt exempla iuris naturalis? §. primus hoc tit. Eius Exempla sunt Deum colere
et observare parentes, edere depositum, et simi-
lia, ut videre est l. veluti ff. de iustitia et iure C. ius
Quae exempla iuris naturalis primaeui? naturale dist. ja. Iuris naturalis primaeui exempla ponit
Inst. hic maris et foeminae coniunctionem, liberorum procre-
ationem et eductionem, Maris et foeminae coniunctionem
dicit in hominibus matrimonium. Quod diverso respectu hic a Pp.
et diversorum iurium esse constituitur, quo me remitto hoc
solo notato matrimonium propter et quo ad nomen, et quo ad sa-
lemnitates quae in eo requiruntur iuris esse civilis uti di-
cetur latius infra tit. de nuptiis. Quo ad educationem
proliu eas iuris esse naturalis illud, est tamen quo ad sti-
mulum illum naturalem quod liberos alendos hortatur l. unicas.
taceat C. de rei uxoriae actione necessitas n. alendi
liberos ex iure civili est profecta ut constat ex l. necare

et seq. ff. de agnoscendis liberis, Unde sequitur potuisse
rursus iure civili certos casus statui, quibus parentes
filijs alimenta denegarent augusto ducto a gratia sensu
l. f. C. de alendis liberis cum alijs similibus. Hinc venit
Quaest. ad Quis Gentium et Civile quod quo inter se distinguantur,
et quod unumquodque, et unde dicatur constat ex
§. ius autem gentium et c. Notandum est quod dicit Quaest.
servitutem iuri naturali esse gratiam, id non verum est quo
ad effectus servitutis ut sic dicitur vitae necisque in servos
potestas esset, uti dicetur postea. Quo ad ipsam n. ser-
vitutis causam, veneram, iuri naturali quaevit alios alijs
servire, ignavos sic et imprudentes, industrijs et im-
prudentioribus. atque sic illius Aristotelis in polit. recte autem Quaest.
nostro defendi potest cum dicit servitutem ex natura originem trahere
quasi dicat aliquorum ingenia ita esse abiecta, ut natura eos
velit servos esse. Quin et illud hoc eodem tempore observandum est
quod dicit Quaest. omnes poene contractus ex iure gentium esse intro-
ductos, sunt enim alij plerique qui defendunt ex iure
civili ut stipulatio, literarum obligatio, et similes de quibus
dicetur suis locis infra et de his est lex legitime ff.
de pactis. Circa ius autem Gentium similiter notandum
est illud in duplici esse differentia, unum sic primaevum vel
antiquum quod idem plane est cum iure naturali statuto de
quo paulo ante diximus. Alterum vero ius Gentium sta-
tuitur quod duo inter se ita differunt, ut primario iure
Gentium aliquid apud omnes homines simpliciter iustum dicatur v. g.
Deum colere. Secundario iure aliquid iustum ex hypothesi
tantum, ob humanas sic necessitates et novos casus emergentes,
ut est v. g. bellum servitus etc. de quibus dicitur §. ius a. gentium hic.

Supplex sumitur gentium.

Unum.

Alterum.

Quale ius illorum si nomen Civitatis non addimus.

Quibus constat ius Romanum?

Quot sunt iuris scripti partes?

Quid est lex?

Quid est plebiscitum?

Sequitur 3ia pars huius tit. §. constat a. hic ubi primo dividitur ius Civile Romanum scilicet in scriptum et non scriptum, cum quo convenit l. ius civ. in fin. ff. de iust. et iure. quae divisio sumpta est a duplici fama legislatoris, nihil interest an suffragio populus voluntatem suam declaret, an rebus ipsis et factis, recte Iuliano l. de quib. ff. de ll.os et recte duplex ius nostrum constituitur. Cum a duabus civitatibus originem trahat quarum altera Atheniensium scilicet iure non scripto §. et non inelegantem ij hoc tit. De iure non scripto sequitur ij §. ex non scripto. Quinque a. scripti sex sunt species, lex plebiscitum ut in d. §. constat et d. l. ius aut civile ff. de iustitia et iure. Et haec divisio a causis efficientibus est desumpta. Quibus speciebus bene extentis multum refert scire quo ordine et qua ratione singulae sint introductae. Prima ergo fuit lex: quam populus senatorio magistratu interrogante constituebat §. lex hic. Primis n. illis temporibus populus non erat adhuc tantus quin commode convocari posset. Et propterea bene adhuc populo cum senatu conveniebat, unde et commode tunc ll. ad quas utriusque concursus requiritur constituebantur. Quae utraque cum mutari inceperunt alia quoque ratio iuris constituendi est introducta de quo late l. 2. ff. de origine iuris. Cum n. inter plebem et senatum discordiae factae essent sibique plebs in Aventinum secedens, proprium magistratum eligeret Tribunum plebis scilicet quod hoc interrogante statuisset plebiscitum dictum est ut videre §. plebiscitum hic. Et hoc quidem iure scilicet senatus primum tenere nollet quia a sola plebe esset constitutum tum postea lege Hortensia, lata a Hortensio dictatore eadem plebiscitis authoritas data est quae antea fuerat legis, d. §. plebisc. in f. iuncta d. l. 2. §. postea.

9

Ut a. ex discordia inter plebē et senatū orta sunt plebiscita ita ex nimia populi multitudine demū introducta sunt senatus cōsulta, cū n. populus nō posset amplius totus gnocari coepit solus senatus rogante consule q̄ uidebantur e' reipub. ēe statuere §. senatus cons. hic. iuncta d. l. 2. §. 8. Eodem hoc tempore et Iptores edicta proponere coeperūt, q̄ similiter legis uim habuerūt §. Iptorū edicta hic iuncta d. l. 2. eod. tpe. Et hoc ius dicebatur honorariū quod ab honore ueniret praetoris d. locis iuncta l. ius a. in f. ff. de iust. et iure. Bnctus a. edicere Iptores gndo pub. in albo proponūt, si quid se Iptore seruandū uellent habebantq; auts. nō adiuuandi solū et supplendi; sed et corrigendi iuris Ciu. si nimirū aliqua parte deficeret aut nimis eēt rigidus d. l. ius a. §. ius Iptoriū edictis Imp. subiungit edicta aetiliū curaliū quorū potestas erat restricta certis terminis ut uidere in fra d. §. Iptorū gnoscebāt. n. tm de annona, ludis, spectaculis, aetificijs, itineribus et similib. Idq; 8. hic.

Quid de consultis?

Nos hac oia quia senatus ipse paulatim inter se dissidere coepit, et res reipub. regeret ut p unū aliquē administraretur, factū ē ut populus oēm suam potēm in principē concesserit §. sed et quod principi hic. et d. l. 2. §. nouiss. idq; ut ibid. dr, lata lege regia q; tn ntatur ē tunc tempus nō tam primo latam quam rursus reuocatū fuisse. Ut uidere ē d. l. 2. quo aut princeps legē gdat p Epist. q; decretū et edictū, quo etiam principū placita uulgo dicantur gstoes sz uidere ē d. §. sed et quod et d. l. 2. ff. de gstoib. princ. et utrobiq; gloss. et 8. Sunt u constitutiones ipsae in rtpli diffra, aliae generales q ad oes spectant, aliae psonales q ad certos tm, ex

Quid de principis placitum?

Constitutiones aliae generales aliae speciales

ex certis cais, qualia sunt privilegia d. §. sed et quod p.
De istis latius bb. qui et illud ibi quaerunt, an princeps solus
possit ius condere non adhibitis suis proceribus vel iuristis
R. quod possit ob generalia verba nostri §. sed et quod ex
multa alia iuris loca, quoniam tutius principi et utilius
Reipub. sit futurum si nihil nisi ictorum prohibito consi-
lio statuatur. Et hoc voluit Impp. Theodosius et Valenti-
nianus l. humanum C. de ll. Ultima species Iuris scripti
sunt responsa prudentum, quae quid sint, et qua authoritate dicitur
§. responsa hic. Ubi notatur Iuris consultum olim quidem
pro ut quisque studiorum suorum fiduciam habebat de iure
limisse respondere. Sed id postea ab Augusto et Tiberio
non nihil esse restrictum ut scilicet ex sua authoritate tantum non nulli
id facerent, qui eruditione et gravitate aliis praeminerent, ut
uiferre est in f. d. l. 3. Unde colligere est, nec nostrorum Ill.
hoc tempore responsa neque quidem ipsorum assessorum Spirensium sen-
tentias hanc auctoritatem habere quibus scilicet id Impp. non concesserit
ut iis nostro sit stantum, quidem uitemus d. §. responsa esse facti-
tatum. Vatur n. a sententia diffinitiva assessorum Revisio, neque
et alii Iudices, in Imperio eorum sententiae si quando similis al-
qua causa occurrerit stare tenentur. Quoniam nec temere
vel ab istorum vel et aliorum celebrium Ill.m iudicio re-
ceteret oportet ea n. sententia plerumque sanior et tutior
est in quam plures conveniunt, ibique maior praemittitur. Et ubi
ubi maior fuerit id sentientium numerus c. recta nostra
ext. de electione. Vico temere quia si non evidentior sit,
in quorum melius Iudex fecerit si eam et unius quam plurium
aliorum, qui levioribus nituntur, sequatur. Ipso Imp. nostro teste
l. i. C. de veter. enucleando.

§ quae sunt responsa prudentum?

Ratio.

Venio nunc ad §. ex nõ scripto ubi Imp. alterã Quaeris par-
tẽ prosequitur quod ẽ ipsa consuetudo q̃ nituntur ex diuturnis
moribus consensu utentium comprobatis. Sed diuturnis quia
oportet consuetudinẽ minimũ decem annis eẽ receptam, ut vim
legis habeat. Decem n. anni plerumq; in legibus nris sub tpe
diuturno et longo intervallo cõtinentur sdm bb. passim
et mxẽ inf. ad rubr. de prescript. longi tpis. Solent pla-
rimi actus ad consuetudinẽ introducendũ concurrere. Sufficiunt
tũ aliquando duo et tm̃, si ex ijs probari populi consensus
fuerit sdm bb. hic et Maenoch. de arbit. Quod. casu
81. Unus a. actus regulariter nõ sufficit, nisi causam habu-
erit cõtinuam ut est pontis structura sdm sylu. in sua
sum. verbo consuetudo. Neq; et hoc ad consuetudinẽ requiritur
ut duo illi actus iudicio contradictorio sint obtenti nisi in iu-
dicium fuerint deducti, tũ si quidem oportet pro ijs fuisse
iudicatum et sic illgnitur ẽ de lege cũ de consuetudine ff.
de ll.bus Dicit a. Imp. d. §. ex nõ scripto, consuetudinẽ
legem imitari q̃ verũ ẽ quo ad vim suam et effectum:
Eadem n. vis ẽ consuetudinis atq; legis in tit. de
duob. cũ 3. seqq. ff. eod. Unde quidem prior lex aut consue-
tudo p legem posteriorẽ abrogatur ita quoq; vicissim consue-
tudo posterior priorẽ vel consuetudinem vel legẽ abrogat.
p d. l. de consuetudine quidem totius sed imperij specialis n. unius
sed civitatis tm̃ legem generalem nõ abrogat, sed illi tene-
tur tm̃ quo ad illum locum. Et quidem una lex alterius
ita quoq; consuetudo optima nisi pres ẽ legis l. si de in-
terpretatione et l. minime eod. Ut preterea Quidem legi
ita quoq; consuetudini sententiam suam debet conformare

quid ẽ ipsa non scriptum?

quot anni consuetudinis tempus diuturnum?

N.

initio p. de offio Ind. Et quidem lex q̃ rōem bonos mores
Jus Divinum, vel naturale, introducta nulla ē ita nec quo-
tudo l. quod nō rōe, d. tit. de ll. iuncto cap. fin. extr.
de consuetudine. Imo corruptela potius hoc dicenda erit,
quod consuetudo tantoq̃ graviora sunt peccata quantius
infoelicē animam detinent alligatam d. c. f. in itio. In eo tamen di-
versum quid statutum ē inter legem et consuetudinem quod illa
satis sit allegare, hanc vero et probare oporteat illum q̃ allegat
c. i. de constitut. in fi. Rō diversitatis intra utrumq̃
ē quod consuetudo sit facti ibid. Ea aut q̃ facti sunt et pru-
dentissimos fallant nec ideo ipsumq̃ iura vero nullum ignorare
oporteat. Imo princeps hanc omnia in scrinio pectoris ha-
bere censeatur l. 2. ff. et l. poen. C. de iuris et facti igno-
rantia d. iuncto c. i. initio hic. Ideo vero consuetudinem proba-
re oporteat late tractant PP. illud hic unum sufficiat
Uni tecti de ea deponenti nō credi p. generalem illam re-
gulam c. l. ext. de tecti. Dicit tamen Mynsing. in Camera
Spirensi unius Doctoris testimonio circa consuetudinem
stari centum s. observare qs. Quod si verum, tamen alio
nō debet extendi. Sequitur celebris nunc ille s. finalis
hq̃ tit. ubi primo Imp. docet Jus naturale hoc differre
a Jure Civili quod hoc saepe mutetur, illud nunquam. Inci-
pit a. hic Imp. Jus naturale pro iure ventium prima-
rio ut patet ex ipso textu. In hoc vero difficultas sum-
ma ē quod dicatur Jus illud esse immutabile cum videa-
mus V. G. q̃ fidem tutam gladium depositum iure nō
reddi illi q̃ velit reipub. eo repugnare. Offendentem
et rursus impune offendere poē. Ingratum filium certis

quae iura nō mutantur

obiectio

cais a patre merito nō alij. x. cū tn Juris nāa sit depositū
reddere, nominē lædere, liberos alere. x. Rndnt alij aliter Solutio.
Verior et tutior ē illa rō istis et quam plurimis alijs ca-
sib nō censere ius nāa immutari, sed declarari et explicari
tm, idq ex alijs rursus Juris nāa cap. V. §. defen-
dere patriam, nim vi repellere, maleficia nō relinqre im-
punita. Eos qui nāam ipsā impugnant, nāa bnficijs nō
gaudere x. Beinde ntndm ē hæc iura ita immutari nō pōe
ut ijs quid decedat bene aut ut quid ijs certis de cais
accedat. Et hinc iure Civili recte in testamto 7. testes
pnt requiri ut infra dicetur, lz iure Divino in t ore tuorū vel Juris Divini regula.
trium stet oē verbū. Postremo observandū ē nos loqui
hic de iure nāali ut vocant præceptivo quo sz aliquid fieri
vel nō fieri præcipitur, ea n. q ius nāale pmisit tm hæc be-
ne mutari pnt ut libertas, rerū cōio x. de qbus j. suis locis.
Hinc Imp. gcludit hunc tit. aliqua nova dimissione iu-
ris desumpta ab eius obiectis. Circa tria ista Personas
res, et actiones, ius oē versatur et quidem in his nistit. quorsū pertinent Jura.
nris ab hoc to usq ad lib. 2. Imp. agit de psonis a
a 2. usq ad tit. de actionib. reliquisq ad iudicia spectantib.

De Cura Personarum.

TITULUS TERCIUS.

Incipit Imp. a primo personis sz, quarū summa divi- quæ ē prima personarum divisio.
sio hæc est ut hoīnes alij sint liberi alij servi. mittio
hic et l. 3. ff. de statu hoīnū. Nullū in. est medium

gens hominum alij liberi, partim liberorum partim servorum sed
oportet omnes vel omnino liberos esse vel omnino servos, cum nihil
tam gratum sit servituti quam libertas. l. rogo ff. fideicommiss.
libertatib. Unde in eod. utraque simul consistere non potest.
Et hinc conditio legatarijs imposita quae libertatem inci-
nuere videtur Jure nostro habetur pro non adiecta ut videre
l. Titio §. 2. ff. de conditionib. et demonstrationib.

quid est libertas? Sequitur nunc definitio libertatis §. 1. hic. Vbi primum
naturalis facultas quia natura omnes liberi et aequales
primum nascebantur §. ius a. gent. sup. de iure naturali
et l. quod attinet ff. de reg. Attinet eius quod cuiusque
faceret libet. Quod ne ita accipiamus quasi quilibet iuris
libertatem tollat aut quidvis nobis et inhonestum li-
ceat subiungit statim nisi si quid vi aut iure pro-
hibeatur. Per vim illegere hic oportet vim latronum.
Haec n. nihil obstat quo minus quis adhuc liber ma-
neat, non autem vim hostium quorum captivitas revera ser-
vitutem inducit l. hostes ff. de captivis. Vti nec prius
in hac defin. accipere oportet ius gentium sed civile.
Curis n. gentium prohibitio circa facultatem agendi
plane libertatem tollat ut statim dicetur inf. n. hic
prohibitio iuris civilis qua sequitur intra limi-
tes legum et honestatis continetur quibus parere ea demum
summa est libertas secundum Sic. et alios. qua libertate
quae scito aliqui abuti caperunt introducta est Curis gen-
tium servitus, cuius definitionem habes hic. §. servitus. Cum eam
quia est servitus ob id quaeris to ponitur, quae sit constitutio Curis gentium,
quod additur illa quae naturam illam primam et incorruptam
nec eam perceptivam, ut dixi sup. libertatis sed tantum pro-

missiua ut dixi sup. ut q° conueniebat ijs illis integris ad hunc
hominum mores. ut eadem q° eius inter se est conditio et status.
Ita postea ijs institutis et statu conuenit aliosque alijs
subesse et inseruire, expectabat n. hoc modo eos seruari q
belle captos occidi unde a seruando serui dicti sunt
§. serui hic.
Quibus modis seruitus introducatur dicit Imp. §. poen.
hic, nascitur quis seruus ex matre ancilla uel seruu
cuiuscunque conditionis sit parens, partus n. uen
tre sequitur l. partu C°. de rei uendicatione de quo
latius q. fit a. seruus duobus modis Iure gentium
per captiuitatem hostium, et iure ciuili per uenditati
onem si sit quis se liberum hominem esse ro. annis ipsum
se alteri ignoranti conditionem suam defendat uel uendi
patiatur et de pretio uenditionis participet d. §.
poen. iuncta l. liberis aut initio ff. de liber. cau
et l. i. et ult. ff. quib. ad libertatem proclam. Unde si
uel emptor sciuerit uenditum liberum esse uel uenditus
ipse conditionem suam ignorauit uel minor ro. annis
fuerit, uel si maior tamen de pretio non participauerit
reuera rursus ad libertatem illi proclamare licebit.
d. locis. q. inquit Imp. per uenditationem Iure ciu.
quem seruum fieri nihil obstat ijs q dicta sunt sup.
seruitut. sed iuris gentium esse l. Verum n. hoc est quo
ad seruitutem ipsam primitus a iure gentium introdu
ctam, modi n° partim a Iure gent. partim a ciu.
sunt protecti ut hic. Circa §. fin. ntur quod
dicitur in seruorum conditione nulla esse differentia, accipientur

Unde conuenit serui.

Iur. Reg.

Unde fiunt serui.

quid interest inter seruos.

illud quod ad ipsam servitutem in se quod eadem in omnibus servitus est nec in uno maior quam in altero offerta vero servorum bene sunt alia aliis vitiora, uti vitiero apud gloss. et Sess. hic

De Ingenuis.

CAPUT VIII.

Dixerat Exemp. sub fine proximi tit. in liberis multas esse differentias, alias scilicet esse ingenuos, alias libertinos. Nunc primum istorum prosequitur tertius statim quis sit ingenuus, quod scilicet ex matre quae vel ingenua vel libertina aliquo tempore aut partus aut gestationis aut etiam medio inter utrumque fuit sive in matrimonio sive extra matrimonium natus est cuiuscumque gradus sit parens, sive ingenuus sive libertinus sive etiam servus initio et §. 1. hic, et hinc facile est colligere rationem cur quo ad libertatem partus matrem sequatur, et non patrem quia scilicet illa 3.bus partibus partui professe potest ut iam dixi, Hinc vero ratio gestationis nimirum.

Quis est ingenuus?

Dico quo ad libertatem. Ex aliis non honoribus origine et similibus liberi patrem sequuntur, non matrem uti et uxor maritum l. maritus uxorem C. cum legitime. ff. de statu hominum l. liberos l. foeminae et l. ulta ff. de senatoribus iuncta l. exemp. C. de decurionibus lib.

Reg. iur. partus sequitur patrem

io. Addit hinc Imp. §. fin. manumissionem vere ingenui-
tati nihil officere. Principio n. Idem Phos. presupponit
habitu neque opinio equalere pt veritati §. Si quis
inne fit ingenuus V. G. ex fine principis de quibus
tit. ff. de natalib. restituendis. l. cinte et sentenciam
Quod cum res iudicata pro veritate habetur l. inge-
nuus ff. de statu hominum de quibus late ss. hic.

Officiere ingenuo nato manumissio!

De Libertinis.

Carlus Ovatus.

Altera species hominum liberorum sunt libertini quos Imp. initio
hic definit, docens et quid sit manumissio et quo
iure introducta. Quod dicit Libertinos esse qui ex
iusta servitute sunt manumissi id ex §. f. tit. proxi-
mi satis illgr. Ex putativa n. et iniusta servitute ma-
numissi ingenui manent. Ut V. G. si quis inge-
nuus a latronib. captus ab ipsorum rursus manumittatur
l. latronib. et l. hostes ff. de captivis et postliminio
reversis. Subdit bene hinc Imp. novam hominum divisionem
Doctrina iure gentium introductum alios sed liberos esse
alios servos, alios libertinos, ubi nostrum est nomine li-
berorum hic accipiendos esse ingenuos quidem et li-
bertos nonnunquam ponitur pro ingenuitate ut l. cum pacta
ff. de liberali causa. Alias ista divisio non subsisteret
cum et libertini liberi sint ut constat ex Philis §. 1. et 2.
Hic dicit Imp. quibus modis fiat manumissio ubi

qui sunt libertini?

Tria genera hominum ex iure gentium manumissi ait

Vel aut quib. modis manumissio procedit.

ut ndz et in Ecclia manumissione fieri posse quia sz
actus e voluntaria Jurisdictionis, et sine ullo iudici-
orum strepitu l. 1. et 2. C. de his q in Ecclijs manumit-
tuntur iuncta l. 2. et 7. C. de feriis. Secus e statutum
in actibus iudiciarijs q no modo locis sed et diebus sa-
cris fieri prohibentur p l. 3. et f. eod. c. vindicta manu-
missi illi dicuntur q virgula lictoris facti in libertate
erant vindicati, q virgula vindicta fuit appellata
de quo latius ex Boetio et BB. hic §. f. hic. Camp.

Quotuplex olim fuerit libertinorum status.

Tria genera libertinorum apud antiquos fuisse recen-
set, quos oes nunc eod. iure gaudere vult quoad li-
bertinos. Erant aut latini q lz aliquo modo ma-
numissi, multorum tn civilium ut testamentorum pa-
tria potestatis p. sunt incapaces, q tn oia p sci-
entiam manumissione plene illis gaudebunt. Dedit
q ppr admissa in servitute crimina et ob ea susceptam
poenam, etsi postea manumissi erant tn nullo modo
cura civilia plene unqz recipiebant. Uti videre
apud Caius Xm instit. lib. 1. c. j. quibus modis
duob. sublatis statuit Just. d. §. de libertinorum oibus
manumissis eandem libertatem Ec cura oia civitatis Rom.
competere q ijs a quib. erant manumissi nulla sz differa
constituta cum libertate. Differunt n. quo ad alia quae
sz manumissus manumissoris sit libertus et hoc noie
ipsi debent tnqm patrono suo obsequia, reverentiam
et opera d. to et ibi gloss. et BB.

Quibus ex.

Quibus ex causis manumittere non Liceat.

Titulus Sextus.

Dictum primo tit. quibus modis fiat manumissio quae ne nimis generaliter accipiamus, nunc sequuntur causae duae ex quibus non liceat manumittere. Prima est si quis in in fraudem creditorum manumittat initio hic. Dicitur autem quis in fraudem creditorum tunc manumittere si duo concurrant aliquis scilicet creditoris fraudandi et ex re ipsa subsequens creditorum laesio §. in fraudem hic. quorum alterum si desit manumissio revera adhuc subsistet nisi fuerit facta in titulo per fideicommissum quae dicitur libertas fideicommissaria. Ad hanc n. retractandam et unum sufficit laesio nimirum licet hoc animo libertas data non fuerit l. 4. §. si qui aut. ff. de fideicommissariis libertatib. iuncta l. 5. §. 4 manumittere non possint. Ut a. manumissio non subsistat si duo ista fraus scilicet et eventus concurrant id Imp. restringit ad manumissionem factam inter vivos. In titulo n. data libertas a testatore et in fraudem creditorum subsistit §. 1. hic ubi rationem dat ne iniuria defunctus afficiatur nullum post se heredem relinquens, sicque bona eius proprio nomine divendantur. quae tamen libertas sit data tantum obtinebit in uno servo et illo primo heredi instituto d. l. verbo solus et nostrum iuncta l. qui solvendo §. 6. ff. de heredibus instituendis. Et hinc si cum servo liber

Cur manumittere non liceat causa ja.

Explicatio in fraudem manumittendi.

Ratio.

alius heres institutus, aut servo liber sit substitutus non
prior servus libertatem consequitur, quia vel institutus vel substi-
tutus heredes esse nolint, aut non possint. l. si ijs quibus §. 7. ff. eod.
Ut vero servo sibi soli per heredis institutionem libertas obve-
niat illud verum est etsi testator de libertate nihil dixe-
rit §. item quia iuris hic. Ratio est quia heredes re et no-
mine Juris est Civilis, servientes Civilium non sunt ca-
paces, quia eo ipso quod vult eos heredes esse tacite
et hoc velle censetur ut liberi fiant. ibid. l. 1. hanc
reg. elicitur cum quis vult consequi, velle quoque antecedens.
Cui similis est illa gradus alicui quid creditur censeri
sint omnia gressa sine quibus illud quod gressum est expediri non possint.
per l. 2. ff. de Jurisd. omnium Jud. Semper signitur etiam
in ultimis voluntatibus. ea sumenda est interpretatio ut actus
de quo controversia magis valeat quam pereat l. quo-
ties ff. de reb. dubijs cavendumque est ne actus aliquis
fuerit frustratorius l. si gradus ff. de legatis 3o. Secunda
Sta causa propter quam manumittere non licet. causa qua quis manumittere prohibetur est, aetas alium
quidem l. Alia sentina 10. annorum Jure vero in Stit. 17.
§. eod. l. et §. f. hic. Ubi et rationem mutationis suae dat
Just. quia anno 17. poterat quis pro alio postulare
aut advocatus aliorum esse. Dico advocatus quia pro-
curator nemo pro alijs admittitur nisi 25. annorum
l. minor ff. de procurat. l. exigenti C. eod. Quin
iudicio quidem est iudicium non ad negotia et 17. an-
norum alicui licet esse procuratorem. Et de hoc illegitimus est finis
d. §. eod. l. Notandum quod Jure hoc ante 17. annum

nō valuisse manumissionē, sed et hoc idē nisi sit po-
tea p novell. iig. ut sponsalitia largitas immutavit
ut sz quo tpe quis tantum potest facere eodem et re-
cte manumittat tpe sz pubertatis uti dicetz j. quibus
nō est permissū facere tantum. Quaerunt a. hic bb. Quaestio
ant et 17. anni requirantz ad manumissionē inter vi-
nos. Et coir cum nihil in hac manumissione ob imp. Solutio
hic sit immutatū cum manere adhuc in terminis antiqs
nō valere sz si inter vinos manumittens minor 20. annis
fuerit nisi ijt observatis q servanda statuit lex alia
sententia ut utrae sup. §. eod.
Ad extremū circa hunc tit. ntndz tanta via ee liberta-
tis semel data ut ea retractari amplius nō potest etsi
causa ob quam data falsa fuerit modo semel sit pro-
bata §. semel a. hinc iuncto §. si is infra de eo cui
libertatis causa. Dulchrū a. illud hic gsiderare ē
sz ob ~~[illegible]~~ causam manumissio facta a minori
20. annis nō valeat, valere tn ob falsam. Unde col-
ligere ē rex. illam q dr falsam p nullo haberi
p l. fund. §. de verb. sig. in hac manumissionis
causa favore libertatis nō obtinere. In alijs secus
ē ut l. G. medico q sz ex falsa causa probatus semel
sit ea tn postea falsa commita rursus pt reprobari
l. sed reprobari §. de excusatib. tutorum.

De lege Fusia Canina tol-
lenda.

Et.

Cælus Canus.

Unde hæc lex Furia Caninia dicta.

Dicta hæc lex Caninia fuit, Velut alij putant Furia Caninia, quæ lata est a Duob. Coss. Furio et Caninio. Cui, quia viderunt morientes liberaliores multo esse in manumittendo, quam alias, etsi plerumque vel nimia facilitate, vel hæredum odio, vel ut sibi vanam aliquam gloriam ad extremum parerent, plurimos servos manumittere nullo habito respectu di[illegible] libertate essent vel non, sicque urbs Romana paulatim malis hominib. repleretur, Statuerunt, Ut a Duob. usque ad 10. pars dimidia, a 10. usque ad 30. pars tertia, a 30. usque ad 100 pars quarta, a 100 usque 500 pars quinta manumitti possit. Uti constat ex Caio lib. 1. Institut. tit. 2. quib. tam rationib. non consideratis Imp. hic favore libertatis et ultimam voluntatem statuit ut quidem olim inter vivos ita nunc quoque in ultimis voluntatib. manumittere cuique liceat, quot velit servos. Inhumanum esse existimans ut quæ licentia vivis esset ea morientib. adimeretur ibid. in f. Cum quo quoniam tit. C. eod. Unde l. 8. hanc reg. generalem colligunt, ut quod statutum est in contractib. idem et referendum sit ad ultimas voluntates per dictam reg. et C. fin. de legatis. Quod attendendum est regulariter, et ubi eadem est in utrisque ratio. Cum enim tituli favorabilia multo sint contractib. multa et in iure nostro aliter in his quam illis sunt constituta uti vitere apud Nicol. Everhard. cap. legatis a contractib. ad ultimas voluntates num. 20. /.

Lex Furia Caninia ad quid sublata.

De his qui sui vel alieni
Iuris sunt.

Titulus Octavus.

Ut Imp. ad prias potem, et hinc gsequenter ad nuptias
paulatim aditum paret, aliam initio hic personarum di-
visionem adfert, alias sz sui iuris esse, alias alieni,
has vero in parentum vel dnorum potestate esse gstitutas
§. 1. hic quoque duobus effectibus principalibus servitutum.
Quorum alter est, ut quidquid servi acquirunt, acquirent
dnis de quo ij sunt. Alter vero ut impune a fnis
nulla et iusta de causa occidi possint, nihil nimirum
tiquis illis temporibus a pecudibus differebant teste
Gaio Cto l. 4. ff. ad l. aquil. Ultimum hunc effectum
Imp. non nihil mitigat sublata nimia illa licen-
tia poenaque ex gstitutione Antonini constituta in
eos qui proprios atque alienos tam sz servos
vel liberos occidissent, quae est extremi supplicij. pl.
A. ad l. Corn. de Sicar.
Quod verum est si sine causa ll. cognita quis servum
suum occiderit d. §. 1. verb. llbus cognita. ubi gloss.
casus aliquos recenset quibus adhuc liceat impune servum
occidere V. G. si a bno in facinore aliquo sit de-
prehensus l. qui servum A. de verbor. obligationibus l. qui occidit
A. ad l. aquil. Praeter ista Imp. §. f. hic adhuc mi-
tiorem constitutionem profert eiusdem Antonini, ut sz si
bni asperiores sint in servos quam par sit cogatur eos

Quae est alia personarum divisio!

Qui sunt in potestate hominorum!

quando cogantur bni servos suos vendere!

vendere alijs a quib. melius habeantur et hoc constitutionis effectus dat rationem primo quia interest reipub. ut quis re sua bene utatur. Vires n. Impij non minus sunt constitutio in locupletib. subditis quam abundanti fisco iuxta §. 1. ants. ut Judices sine ullo suffragio &c. Et hic ratione prohiberi alicui nimium rei suae abusum non motivum V. C. per donationem tilapitationem &c. p. l. in re mandata C. mandati et l. sed etsi §. consuluit ff. de petitione haered. Altera ratio est quia et ipsorum dominorum interest ut servus ita a se male habitus succurratur alias n. vel omnino fugiebat vel sibi ipsis manus viferebat vel et tenorem suorum vitae insistebant cum laesa patientia in furorem abiret ut vulgo utitur. Unde notanda est pulchra ll.m providentia magis sollicita de rebus nostris quam simus ipsi. Telle Just. l. f. l. de appell. Et haec de servorum ita coacta venditione ob dictas causas sunt singularia. Juri n. cui et regulae nemo cogitur invitus res suas alijs divendere sed l. invitum C. de contrahenda emptione. Debent autem tales Domini servos suos isto casu vendere simpliciter sine ulla conditione vel ut sibi ijdem rursus retrovendantur vel ut emptores aeque eos duriter tractent p. d. §. fin. hic. esset n. hoc in fraudem legis facere, quia sic servando quidem verba legislatoris contra eius tamen penetrat sententiam p. l. contra l. cum seq. ff. de l.bus d. §. hic. /.

De Patria Potestate.

Q.V.

Titulus Nono.

Dixit Imp. primo tit. de servis q̄ sunt in pōte tnor̄ nunc sequitur, qui dicuntur in patris pōte liberi sz quos pr̄ ex iustis nuptijs procreaverit initio hic. Dicit liberi quia nō filij tm̄ primo nimirū gradu, in patris sunt potestate sed et nepotes ex illis et pronepotes. x. in f. hic. Qui n. oēs veniūt nōie liberorū §. f. j. hij tstāto tutores x. Ut tn̄ nepotes pronepotesq̄ in aui proaniq̄ pōte sint nō patris sui id illgntū ē sed per distinctionē §. finaliter j. qbus motis pr̄ia pōtas x. ubi id explicabitur. Rō aut cur quis nō tm̄ filiū ex se natū, sed ex eo nepotes et sic deinceps in pōte habeat, hac ē quia cū ipse filius in pōte sit alios habere in pōte nō pt tit. sic eveniet ff. ad l. Jul. de adulterijs.

Sed nō filius eē in pris potestate, ut excludatur mater q̄ nullū in pōte hbre pt §. fœmina j. de adoptionib. et hinc tit. iste inscribitur qq̄ de pr̄ia pōte, nō parentū. Dico a. nepotes et deinceps ex filio, ut excludantur nepotes ex filia, hi nō pōte nascuntur aui Materni, sed paterni d. §. f. hic. quo n. ad familiū, filij nō matrē sed patrem sequuntur. l. cū legitime ff. de statu hom̄ seq̄ ē quo ad statū et libertatē d. sup. tit. de Ingenijs.

Addit Imp. ex iustis nuptijs q̄ ex illicito, et qui ḡtra illos ē concubitu pr̄ia pōtas nō proficiscitur hinc illegitimos et vulgo conceptos pr̄ in pōte nō habet imo nec tales filiorū nōie leges nostræ dignantur, uti nec illud pris l. filiū ff. de his q̄ sui vel alieni Juris.

qui sunt in pōte patris

In cuius pōte sunt filiorum liberi

Quare.

l. vulgo ff. de statu hom. nec n. ex delicto suo quis lucrum aliquod debet apportare, neq. ll.m beneficio gaudere q contra legem venit l. auxilium ff. de minorib. l. legem Anastasij C. de naturalib. liberis.

Nuptiae sine matrimonium gestae

ut sit alteri detur quam ei cuius iuri est subiectus, vel
ei quem suo iuri liber subiectum §. si quis alij hic.
Ratio est quia inventae sunt obligationes ut unusquisque
sibi acquirat quod sua interest §. alteri hic quod deducitur
ex vlp. l. stipulatio ista §. alteri ff. de verb. oblig.
Et hinc tutor pupillo Dnus procuratori debitor de-
bitori suo rem dari recte stipulantur quia sit sua
interest d. §. alteri iuncto §. sed et si j. hoc tit. va-
let stipulatio facta alteri et omnino extraneo, et
nihil intersit stipulatoris si ille poenam adjecerit
d. §. alteri hic. Ratio est quia tunc interest stipulato-
ris ratione poenae quam sibi est stipulatus ibid. quid si
aut quis sibi et extraneo stipuletur io. cum haec stipu-
latio quoad extraneum non subsistat quaeritur an alter
illa io. integra habebit. Respondet Imp. §. q

Si quis hic q tm valeat talis stipulatio pro media parte quinq sz. Idq obtinet in stipulatione. Seq e in emptione rei factae mihi et Titio, totus n. fundus mihi acquirit l. fundus. ff. de contrahenda emptione ubi glossa dat rationem diversitatis inter emptionem et stipulationem.

Sexto non valet stipulatio si responsio interrogationi non quadret §. praeterea inutilis hic. Ubi eius rei Imp. aliqua ponit exempla. Nisi diversitas responsionis illico interroganti placuerit tunc n. valet stipulatio l. ja §. si quis simpliciter ff. de verb. obligationibus. Quod aut dicit Imp. ibid. promissionem factam in minorem summam quam fuerit interrogatus vel e contra aio non valere, Idcirco contrarium plane dicit Ulp. d. l. i. Si stipulanti valere sz talis stipulationem quo ad concurrentem qualitatem cum in maiori numero minor nisit. Respondent ad hanc Anthonomiam antiqui interpretes. Just. n. Ulpianum loq. secundum aequitatem Justinianum n. rem, secundum Juris rigorem. Alij aliter hanc difficultatem explicant. Quod si n. aliquis de pluribus rebus interrogatus de una respondeat an talis quoq stipulatio aio nulla erit an quo ad rem illam tm de qua non respondit? Respondet Just. §. quoties hic, talem stipulationem valere quo ad rem promissam tm quo ad omissam n. minime. Cuius ibid. dat rationem quia sz quot sunt res, tot et unt stipulationes, et sic una corruente valebit tn altera.

Septimo inutilis est stipulatio inter illos quorum alter sub alterius est potestate s. item inutilis hic. Ratio est quia nulla inter eos obligatio Civiliter nasci potest l. lis nulla ff. de iudiciis l. 2. ff. de contrahenda emptione et latius dicetur. Quod verum est de patre et filio in potestate ex bonis profectitiis et adventitiis. Ex Castrensib. n. et quasi castrensib. valet inter eos stipulatio d. l. lis nulla. Ad hoc aliqui et bona adventitia addunt ex quibus patri usus fructus non acquirit de quib. est auth. excipitur C. de bonis quae liberis.

Octavo non valet stipulatio facta a surdo et muto s. mutum hic per rationem ibi. Nono nec stipulatio facta a furioso subsistit. Ex dicto sequitur in pupillis. Qui si aliquod iudicium habeant recte sibi stipulantur et sine tutore. Non vero aliis nisi cum tutore aliquid possunt promittere s. pupillus eod. C. dictum sup. lib. 10.

Decimo stipulatio inutilis est facta sub conditione impossibili vel non de qua s. si impossibilis hic vel ll. de qua s. poenult. hic et tales conditiones non ipsae vitiantur tantum sed totam et vitiant stipulationem.

Quod sequitur in institutione et legatis ubi tantum conditio vitiatur dictum sup. est tit. de hereditib. instituendis.

Undecimo non valet stipulatio facta absenti s. item verborum, ratio est quia stipulatio fit interrogatione et responsione, et quidem statim nullo actu extraneo interea intercedente l. continuus ff. de verborum obligationib. initio. Quod autem stipulatio sit facta inter praesentes creditur scriptura quae illud dicit, nisi apertissime doceatur contrarium d. s. item verborum.

Ubi multa pulchra ntnda veniunt, primum est actori non incumbere probationem si habeat scripturam pro se, etiam est scripturam infringi scriptura alia quae plenius probat contrarium. 3ium scripturam tectibus infirmari. 4um et illum qui negat probare posse per indirectum ut dicitur in fine de §. 1. item verborum: ratione scilicet loci vel temporis vel alterius circumstantiae, directe non negativa probari non potest l. actor C. de probationibus. quae omnia suis locis sunt reservanda. Reliqua quo ad mutilas stipulationes patent ex ipso textu hic.

Fideiussoribus. Tit. 21.

De Literarum Obligationibus.

Tit. 22.

Recte subiungitur hic tit. stipulationibus, quia fideiussores non dantur nisi per stipulationem l. blanditus C. eod. Cur fideiussores accedere soleant obligationi principali dicit Imp. in fine hic. Ut scilicet creditoribus melius sit cautum. Est autem haec actio obligatio fideiussorum accessoria, ita quidem ut si nulla sit obligatio principalis nec quo subsistat accessoria argumento l. cum principalis. ff. de R. J. sed non obligationi sive civilis fuerit sive naturalis, sive principalis sive accessoria, sive ex contractu sive ex delicto, fideiussio accedere §. 1. hic iuncta l. si quis pro eo in fine et l. si plures in fine ff. eod. hoc tit. Ut tamen obligationi ex delicto accedere fideiussio possit duo sunt necessaria. Primum est ut delictum iam factum sit, delicto non adhuc

committendo fideiussor accedere non potest l. si a reo in fine ff. eod. Sed tamen est ut delicti poena non sit corporalis, tunc n. mutilitur ei fideiussor adhibetur et delictum sit commissum l. sing. sing. cum l. sequenti. ff. de custodia et exhibitione reorum. Ratio est quia nemo sing. est membrorum suorum l. liber homo ff. ad l. aquil. quod fideiussores non ipsi tantum obligentur sed et eorum haeredes dicit Imp. §. 2. hic. Omnis n. stipulatio et ad haeredes et contra haeredes transmittitur sive specialis haeredum sit mentio facta sive non l. veteris C. de contrahenda et committenda stipulatione. quod dicit Imp. §. 3. hic fideiussorem et praetere obligationem principalem posse id verum est hoc et ordine non et effectu. Antequam n. revera principalis obligatus sit fideiussor gueniri non potest l. fideiussor 53. ff. hoc tit. quanta sit fideiussorum obligatio dicit Imp. §. si plures hic ut sic singuli in solidum teneantur hoc dictum in fideiussione non fuerit l. non recte C. eod. nec refert hoc creditorum ex fideiussoribus in solidum iam gueniri coeperit. Nihilominus n. postea alium quoque in solidum gueniri potest l. reos eod. Et quidem haec adeo rigide olim obtinebant ut fideiussores conveniri potuerint et ante principales debitores l. iure nostro eod. quorum duo postea immutata sunt, alterum a S. Adriano ut non possint fideiussores amplius gueniri in solidum sed singuli tantum pro sua parte d. §. si plures. Modo alii et pro sua parte sint solvendo alias unus iste qui solvendus est adhuc teneretur in solidum d. to iuncta l. fideiussor C. eod. alterum immutatum est a Iustiniano Imp. qui statuit ut in posterum

fideiussores amplius conveniri non possunt nisi prius excussis
debitoribus principalibus auth. C. eod. Et tamen si principa-
les solvendo non fuerint vel ultra tempus ipsa iudice
constitutum absint tunc adhuc fideiussores statim con-
veniri queunt d. to. Venio ad §. fideiussores hic ubi
Imp. docet fideiussorem non posse in plus obligari quam
ipsum principalem bene vero minus. Rationem prioris dat
ibidem. Quid si vero de facto sit fideiussio in plus
praestita an saltem ea subsistet usque ad concurrentem
quantitatem an in nihilum? Videtur quoque ad concur-
rentem quantitatem per l. i. §. si stipulanti ff. de
verb. obligationibus. Et haec opinio communiter est vete-
rum ~~[illegible]~~ sed contrarium dicit l. graece. §. illud ff. eod.
hoc tit. ubi dicit Imp. Ulp. tales fideiussores omnino
non obligari, id nullo modo. quanquam aliqui legant
non omnino. Sed a vulgato textu non est facile recedendum.
Verum quoniam iam recentiores plerique dicunt ut talis fide-
iussio plane non valeat, idque in odium creditorum quo-
tuerunt eo esse contenti quod debebat reus principalis.
Ad §m. si stipulanti extent ibi obligationes utri-
usque esse principales hic vero altera est accessoria fide-
iussoria nimirum. Est autem contra rationem accessorii ut
nive plus sit quam in principali teste ipso Imp.
d. §o. fideiussores hic. Ubi et addit aliquot alios
modos quibus quis plus obligari dicatur. Et hactenus
dictum est ad quid teneantur fideiussores. Post haec
Imp. §. si quis autem hic docet ad quid rursus creditores
teneantur fideiussoribus actione scilicet mandati ad omnia
ea restituenda quae fideiussor pro iis solvit. Imo

et ad omnia damna sumptus et interesse quod propter fideiussi-
onem istam sustinuit l. ex mandato initio ff. mandati.
Ita a. mandati teneatur creditor id verum est si fideiussor
ut fideiuberet mandarit. Si n. pro absente fide-
iussor sponte sua fideiussit et postea soluit tunc
creditor illi tenetur actione negotiorum gestorum d. l.
ex mandato in f. Quod si fideiussor pro inuito fi-
deiusserit, vel donandi animo vel sciens debitori
principali competere exceptionem perpetuam solue-
rit nec eam opposuerit, tunc nihilominus ulla actio-
ne repetet l. si remunerandi §. si passus et l. si pro
te et l. si fideiussor initio ff. mandati. Nihil autem
interest iis casib. quib. reuera debitor obligatus est
an fideiussor pro eo soluerit iudicio interpellatus an
extra iudicium l. idemque §. fideiussores eod. an autem
fideiussor conuenire debitorem principalem possit ut
soluat antequam ipse pro eo soluerit, disputant
hic DD. et certum est quod non per dictum nostrum §m. sicque
autem hic. Nisi certis quibusdam casib. quos uide l.
si pro ea Co. mandati §. poen. hic dicit imp. poe. et
graece fideiussione fieri in quo nulla est difficultas.
Secundum §. f. dicit late tenetur fideiussione quale scri-
ptura testatur. Et si simpliciter scriptum sit aliquem fide-
iussisse tunc presumitur omnia facta esse solenniter ita
ea intercessisse quae fideiussionis natura desiderat. quae
regula vera est de solennitate intrinseca hanc n.
semper presumitur. Secus est in solennitate extrinseca
de quibus uideantur DD. hic.

De Obligationibus ex Consensu.

Titulus vigesimus Tertius.

Literarum obligationibus. Tit. 22.

Sequitur 3ia species obligationum ex contractu quae fit literis. quando quis sit chirographo suo fatetur sibi datam esse pecuniam vel rem aliquam aliam, initio hic iuncta l. in contractib. in initio C. de non numerata pecunia. quod si pecunia vel res revera data fuerit efficax ex tali confessione obligatio nascitur. Si vero non fuerit data competit illi qui confessus fuit exceptio non numeratae pecuniae usque ad biennium. Nec probare tenetur quod sibi numerata non sit sed actori probatio incumbit quod numeravit dicto initio hic iuncta l. i. et l. si ex cautione C. de non numerata pecunia. Quod verum est in confessione facta ex mutuo et dotis causa, secundum LL. dictis locis et l. in contractib. eod. In aliis siquidem confessionibus ex aliis causis probare debet confitens sibi non esse numeratam pecuniam l. ynter C. eod. Disputant LL. an exceptio non numeratae pecuniae detur et ultra biennium, ita quidem ut tum debitor probet sibi pecuniam non esse numeratam. de rigore iuris verius videtur ut ultra biennium non competat per l. dictam in contractib. ibi nullo modo. Antiquitus iuris interpretes contrarium censerunt, quorum opinio communior est et aequior, eorumque rationes videre est hoc tamen habet a. locum exceptio ita non numeratae pecuniae etiam

quis iuraverit sibi esse numeratum l. f. C. eod. regulatur
si quidem iuramentum secundum naturam actus super quo interpo-
nitur ibidem lib. et hinc quoque decidunt debitori nihil ob-
esse quod huic exceptioni renunciarit, quia sic eod. er-
rore via ista fecerit spe sic futurae remunerationis.
Praeter hanc exceptionem non numeratae pecuniae quae datur
debitori sunt adhuc duae aliae exceptiones. Una est cre-
ditoris sibi sic non esse solutam pecuniam quam debitori mu-
tuo deberet, et haec competit illi ad 30. dies contra
propriam confessionem pecuniae sibi solutae. l. poen. §. sup.
caeteris eod. Altera exceptio est debitoris fatentis quod tamen
sibi esse mutuo datam pecuniam sed se rursus creditori
soluisse quae exceptio durat ad 30. annos l. asseveratio
C. ut tamen quod dicit se soluisse illud probare debeat
ibid. ne tamen facile quis contra propriam confessionem
veniat statuit Imp. ut si quis semel confessus sibi
aliquid datum vel solutum esse vel non esse illud rursus
neget et quincatur mentaci talem in duplum esse contem-
nantum aust. contra quod propriam C. eod.

De Obligatio ex Consensu Titulus 23

Et haec ulla species obligationum ex contractu. Sunt autem
obligationum ex consensu quatuor species. Emptio, Lo-
catio, Societas, mandatum. Quibus singulis singu-
li sequuntur tituli. Dicuntur autem hi contractus consensu fieri
non quod nicos consensus veniat, id n. nicib. contractib.
est ratio sed quod solo consensu perficiantur nihilque praeterea
opus sit initio hic. In fine huius tit. docet Imp. dif-
ferentiam inter tres obligationes ex consensu et illas
superiores ex verbis; quod sic illae bonae sint fidei

hæ nō stricti iuris sed quia in obligationes illas plu-
rima veniant ex æquo et bono v. g. fructus usura et
similia. An has nō nihil præterea quam de quo inter
partes est actum l. in bonæ fidei C. de usuris et § in bo-
næ fidei C. de eod. ij. de actionib. l. quod adstringi
ff. de verborum obligationib. Ratio diversitatis inter
utrasque illas est quia in illis utrinque obligationes sunt
et sic latissima fit interpretatio quæ utrique parti
æquè est commoda. An his nō ex altera tantum parte quæ
est obligatus et hinc in plus gravari nō debet quam
dictum fuerit cum alter in nihilum vicissim sit illi obligatus

De Emptione et Venditione.

Tit. 24.

Quo contrahitur emptio et venditio

Initio hoc tit. perspicue docet Imp. quod contrahatur emptio
et venditio nudo sed consensu circa rem et pretium sed res
adhuc tradita nec est pretium numeratum. Adeo quidem ut
tunc sed velint nō possint iterum a tali contractu recedere
l. invitum C. de contrahenda emptione iuncta l. sicut ff.
de obligationib. et actionib. Debet quoque statim ven-
ditor emptori rem venditam præstare l. i. et l. ex empto.
ff. de actionib. empti. Uti et emptor statim debet
nisi aliud inter eos actum sit numerare pretium alias ra-
tione more tenebitur tenebitur ad usuras l. curavit C.
de actionib. empti. Ut autem ab emptione semel con-
tracta resiliri amplius nō possit, id duas patitur ex-
ceptiones. Prima est si emptio sit facta in scriptura

Prima exceptio, quod ab emptione semel contracta resilire liceat.

q nondum sit completa et a partib. vel notario subscripta §. 1. hic. Ratio est quia interea nec gressus perfectus esse censetur. Secunda exceptio est, si vera arra quae in emptionem venerit, tunc siquidem et revocari potest sed sub poena arrae ibid. Ratio est quia arram dans censetur hoc tacite agere ut sub ea liceat sibi recedere. Neque n. arra adhibetur ut confirmet emptionem sed tantum ut emptio eo melius possit probari l. quod saepe ff. de contrahenda emptione. Oc. pretio quale esse debeat in emptione dicit Imp. §. 2. et 3. hic certum sed et in pecunia numerata. Nihil a. interest an ab initio certum sit an ex post facto certo rendum ibid. modo certa sit persona designata quae pretium definiat n. g. Titius qui debet pretium dicere boni viri arbitratu aliàs contrahentes illi tamen non tenebuntur argto l. si libertus 4. ff. de opis libertorum et l. societatem ff. pro socio. Ab eius autem ita nominati persona non recedit omnino unde si non velit vel non possit dicere pretium nulla erit venditio, neque ad boni viri arbitrium altera parte invita veniri potest d. §. pretium hic iuncta l. si quis arbitratu cum sequenti ff. de verborum obligationibus. Quod si in genere dictum sit quanti aestimabitur pretium, nec persona certa designata fuerit quae aestimet tunc omnino quoque venditio non subsistit l. 1. C. de contrahenda emptione, et C. si merces initio ff. locati iuncto dicto §. pretium, verbo nominatus: ni persona quoque certa designata illud requiritur ut ea sit extranea non alter ex contrahentibus. ni horum n. arbitrium pretii definitio conferri non potest l. in venditis C. de contrahenda emptione, et ex his quae dicta sunt sup. de pretio colligit Imp. per mutationem

Ratio.
Tertia exceptio
Usus vel proprietas arbitrii
Qualis debeat esse persona designata circa contractus huiusmodi

longe differre a ytructu emptionib ex ſuis p̃ocuratio
norū contra Iubinianū, quia ſi rei cū reby com
mutaꝝ nō cū Optio. ſ. ſtipulatio iuncta ſ. dimeꝝ

Quarto. Schole hic. Diſputant hic Sb. quid ytructy ille ſit
ſutuꝝ, ſi quis ex una parte det rem, et alig ex
altera et rem et ỹ̃ accipiat pecuniā ſimul aliqua

Soluto. Tuent talem ſtare cenſeri ỹctu quale ipſi ſtatuerunt

Probabile conuentionē n. partiū, ſecꝰ, dunt ytructuj l. con
tractuꝝ ff. de R. C. et c. ỹctuꝝ de R. C. ni ſ.

Decisio. Sin nihil circa ſit nec uoluntas ytrahentiū colligi
nō pōt tunc ſi pecunia ſoluatur rei erit emptio
Sin rei pecunia erit ymutatio. A potiori n. ſumit
ſumiꝝ denominatio argto l. quiꝝ ff. de actu rerum
quia aut Qmp. ſigit mitio hoc tit. cū ſenſu datorū
ſe certis emptionē dot Qmp. iuxta l. ſ. cū aut cū
eiꝰ effectū ỹ ſi cū ſpatio rei uenditę ſtatim ad em
ptorē ſtrahat ſiue ei a uenditore tradita fuerit ſiue
nō de quo nitetur ē titulꝰ ff. et C. de pignor. ac

Scripsit aliqui Cassius ab ytructu ſeiungi emptionē uenditionē ab Actore ad exemplar permutationis. ff. l.

cōtracto rei uenditę. Et hoc uerū? primo niſi ue
ditor minorē fuerit tradendi tunc n. eſt emp
tio l. cū nitet C. eo. tit. Secundo niſi uenditor niſi

Secundly. ſimul uſq; ad traditionē ſuſceperit tunc n. ade eoꝝ
tenebit ſ. ỹ ſi fugerit hic iuncta l. i. nitio ff. eo.
tit. Tertio niſi uenditoris culpa res perierit.

Tertius. tenetꝝ n. ad emptionē et earum talem quale fuꝝ
turę ſolet ſolui ſ. l. ſi uenditę ff. eod. iuncta ff.
ỹ ſupra ſ. ſi re uenditę ff. de ỹctionē emptionē.

Quarto. Quarto niſi res uendita ſit nigra V. g. equus

io. amphorae Vini: his n. casib. periculum est venditoris
si ignis aliquis vel vas aliquod Vini pereat, ge-
nus n. non perit per l. incendium C. si certum petatur.
Quinto si venditio fuerit conditionalis alternativa. Quinty Casus
pro ut videre est apud Bb. hic in gloss. Ratio a. dum
regulariter periculum rei emptae statim ad emptorem spec- Ratio.
tet illa est quia et ad illum pertinet commodum d. §. cum
aut in fine hic. Sed tamen naturam n. est, ut ad unum eundemque
utraque ista pertineant l. rem naturam. ff. de R. I. §.
poen. hic dicit Imp. et per consequens contrahi emptionem
quae suum effectum consequatur eveniente conditione. Interea
non habet nec dum robur habeat, res tamen empta si pereat,
emptori perit fructus non interea sunt venditoris.
l. unica. ff. de periculo et commodo rei venditae, ubi
et hoc additur, moriente emptore vel venditore in eo- Additio.
rundem locum et haeredes illorum succedere in condi-
tionalibus istis emptionibus. §. f. hic dot. Imp. em-
ptiones quasdam non subsistere quia sunt rerum
quae non sunt in commercio. Nisi emptor talis res esse
ignoraverit tunc n. subsistunt quoad interesse. Ratio
quia non debet alterius dolus aut factum alteri ig-
norantis abesse ignorantis quoque et errantis nullus Iuris Regula
est consensus, et consequenter nec emptio. Item et
est in emptione rei furtivae quam qui ignorans emit
eo nomine et obligatum habet venditorem ad interesse
l. si in emptione §. item si ff. de contrahenda emptione.

Conclusion.

De Locatione Et conductione
Tit. 25.

Sequitur ista spes contractuum quae consensu fit, locationi
mirum, quam in multis similem esse emptioni dicit Emp-
nitio hic. Ut sed de pretio et illo certo oporteat esse con-
ventum vel alterius arbitrio hominis tamen certi esse relictum
ibid. contrahitur ergo locatio et conductio, quando alicui
res aliqua certa mercede utenda datur, vel alicui
opera certa mercede conducitur per totum tit. hic. Bico cer-
ta mercede quia si de incerto pretio actum sit non erit
locatio sed contractus ignominiatus ex quo nascitur
actio praescriptis verbis ibid. hic iuncta l. si tibi
ff. de praescriptis verbis. Si de nullo omnino pretio quantum
fuerit est contractus mandati d. l. si tibi et de hoc dicetur
de mandato. Si vero res in vicem utendae tenetur v. g. bonus
tum et contractus erit ignominiatus ff. praeterea hic iuncta
l. si gratuitum §. si cum unum ff. de praescriptis verbis.
Bico utenda quia si res omnino transferatur quoad do-
minium non quoad usum tantum emptio erit non locatio l.
non solet ff. locati, et hinc recte subiungit Emp. §.
adeo autem hic, contractum emphyteuticum non esse locatio-
nem, quia sed ibi dominium transferatur utile saltem
in Emphyteutam l. i. in fine ff. si agger vectigalis.
Habet autem hic Emphyteuticus contractus multa praeterea
singularia, quae in locatione aliter obtinent. Primum
est ut emphyteuta sit omne periculum mediante non tota
res emphyteutica pereat debeatur nihilominus integrum
Canonem domino directo solvere d. §. adeo autem in f.

hic iuncta l. C. de iure Emphyteut. quod secus est in loca-
tione ubi omne periculum rei locate pertinet ad locatorem
adeo quidem ut propter insignem aliquam sterilitatem
vel temporalem, vel simile quid in solidum debeat
conductori pensionem vel omnino remittere vel ex parte ali-
qua l. 3 C. locati l. ex conducto §. si vis ff. eod. Nisi
aliud inter se sint pacti. Tertium quod emphyteuta si tri-
ennio non solvat Emphyteuticum statim cadat Emphyteusi.
l. 4. C. d. tit. de iure Emphy. In locatione vero si
conductor in biennio non solvat expelli re conducta potest
l. quaero §. inter l. cum dominus ff. locati. Tertium quod Emphy-
teusis scriptura fieri debeat l. 1. et ibi bb. C. d.
tit. locatio vero fit solo consensu ut dictum sup. quartum
quod Emphyteuta debeat, collectas et stenuras solvere
l. 4. C. eod. iuncta l. ultima C. sine consensu vel relige-
Non vero sic conductor qui ab omnibus iniuriis est.
Quintum quod Emphyteuta re reversa ad dominum meliorati-
ones non repetat d. l. 4. quod secus est in conductore qui ex-
pensas utiles in rem conductam factas repetit l. colonus
ff. locati. Sextum quod emphyteuta potest rem Emphyteuticam
alienare ut tamen prius eam domino offerat l. 3. C. de emphy-
teutico iure. quod et secus esse in locatione iam ex d.
patet. Reliqua in quib. hic duo tuo iudicio differunt in-
dere est apud bb. hic. Ex eo quod quod in locatione
dominium non transferatur illud sto tenuit Emp.
§. item quaeritur hic, si quis alicui operam suam et ex re
quoque sua constituat eam non locationem sed conditionem
esse quia sic talis rem istam plane a se transferat in

alterum ibid. ubi et videre hoc rei exemplum §. f. hic tria
docet Imp. primum est l. et pacta conductionis servanda esse
et praeterea praestanda utrinque omnia ex bono et aequo. Ut si
conductor si agrum meliorem fecerit non tamen ideo locator ma-
iorem pensionem ab eo potest exigere nisi solvat illi expen-
sas meliorationis. Ut si conductor ultra tempus conduc-
tionis maneat in re conducta censeatur locatio revocata
quo ad omnia et pignus. Ut conductor ante tempus mi-
grans nihil omnino solvere debeat integram pensionem
et viceversa si locator ante tempus expellat vel
uti ea prohibeat teneatur illi et ad remissionem pensionis
totius temporis. Ut locator debeat omnia in re locata
reficere suo sumptu quae sine culpa conductoris ceciderunt.
Ut quicquid conductor in re conducta aedificaverit illud
rursus potest tollere, modo sine damno tollat et pri-
stinam faciem illi rei restituat. Ut conductor non sol-
vens pensionem tot mora teneatur locatori ad usu-
ras et multa similia quae videre est tit. ff. et C. de toto.
Et hinc videre est hunc contractum quoque esse bonae fidei per
ea quae dicta sunt sup. tit. de obligationib. ex
consensu. Idem est quod tractat Imp. hoc §. f. conductorem
teneri ad exactissimam diligentiam quod idem dicit Caiol.
mercedes §. poen. ff. eod. quae tamen pugnant cum aliis nonnul-
lis textib. ut l. contractus ff. de R. J. et l. 3. §. 1. ff.
nautae caupones tabulari, et l. ni iudicio C. hoc tit.
Sed haec ita possunt consiliari ut si quis opus suum in
arte quam profitetur alteri locet, is ad exactissimam di-
ligentiam teneatur, et sic illud tex. nam hic et d. l.

si merces. Si quis n° usum alicuius rei conducat talis ad exactam tm tenetur diligentiam ut nimirum sufficiat sed hoc agat in re conducta, quod solent boni patres fam. in rebus proprijs agere. Certum est conductionem et ad hrdes conductoris vel locatoris transire d. §. f. quod verum est si intra tempora conductionis alterutrum eorum decesserit. Temporibus n. elapsis nihil quoque ad hrdem transibit l. viam veritatis in fine C. locati. Quaeritur n° quid si locator rem unam locatam alteri intra tempora conductionis vendat an huic conductor ide cedere cogetur? Plane sic statuit Imp. Alex. l. emptorem C. eod. Et hoc casu erit quidem securus emptor tenebitur aut locator conductori in id quod hoc interest eum ante tempus conductionis esse expulsum l. si merces §. i. ff. eod. Unde. Ceterum modis locator et ante tempus conductionis expellere conductorem potest clare dicitur l. cede. C. locati, si nimirum bonus rem locatam v. g. domum proprijs usibus esse necessariam probaverit, si eam reficere voluerit aut si conductor in ea male versetur. /.

De Societate. /

Tit. 26.

Ad haec 3ia species iuncturae qui consensu fiunt introducta maioris quaestus gratia. Quot modis fiat societas et in quas partes censeatur esse facta si nihil de partibus sit dictum dicit Imp. initio hic. Ubi quod dicit de partibus aequalibus id illud est de aequalitate Geometrica ut sic quot eorum numero sunt tot et fiant partes non habita ratione quid quisque posuerit sive multum sive parum argumento. Si sen-

pro ut sic qui in societatem fuit, non de aequalitate arithmetica

etate ff. pro socio. Et hec itaverum sunt in dubio et ubi
partes nihil inter se egerunt valere significatum pacta inter
socios, ut lucra et damna sint inaequalia, imo ut unus
parte lucri ferat et nullum sustineat damnum dicit Imp.
§. i. hic. Non autem valet talis societas ut unus nihil lucri
faciat et tamen aliquod sustineat damnum quia societas iniqui-
ma est et ideo leonina dicitur, ut inferre est apud Ulp. l. si non
fuerint ff. hoc tit. Posse unum ex socijs et reliquis invitis
societati renunciare dicit Imp. §. manet autem hic. quod
verum est primo modo socijs praesentib. vel scientib.
renuntiet l. sed et socius §. i. ff. eod. Isto modo non intem-
pestive et fraudulenter renuntiet ut sic lucrum aliquod
postea solus acquirat d. §. manet autem iuncta l. actione
§. diximus ff. eod. Tertio modo non ante tempus soci-
etatis definitum renuntiet d. l. §. item quia isti significatum
non liberantur a socijs sed socij liberentur ab ipsis d. to.
quod verum est nisi sic inter se fuerint pacti, id n. patet
d. to iuncta l. actione §. morte. An vero et pacisci so-
cij sic poterunt ut illius socij mortui haeredes in socie-
tatem quae defuncto succedant. Illud iure nostro omnino
est prohibitum l. nemo l. adeo ff. eod. nisi societas aliqua
invita fuerit vectigalium, ita n. et ad haeredes trans-
ire potest, si id expresse fuerit actum. Ratio autem cur societas
ad haeredem transire regulariter non possit, est quia certa
persona in societatem est assumpta eiusque spectata in tu-
stria. quo extra eam societas non debet extendi. Unde nec
socij mei socius, socius meus erit per l. quod admittitur ad l.
sequenti ff. eod. Utcumque autem societas ad haeredem non
transeat transit tamen ad eam actio haec pro socio si quid

sed defunctus adhuc reliquis socijs fuerit obstrictus d. l. nemo
pt cum l. sequenti. quidam et hæres unius socij ea tenetur com
plere quæ per defunctum fuerunt inchoata, l. hæres socij
Et aut solvitur societas morte naturali unius socij ita quoque
eam solvit mors Civilis v. g. servitus, publicatio 7. §.
publicatione hic. Ratio est quia societas est bonorum, talis
aut mors bonis omnibus spoliat. Intelligenda vero hæc sunt
de mina et media capitis diminutione de quib. lib.
i. dictum est. Et hinc quoque illegitimum est bonorum sessione unius
socij, societatem dirimi quod ad reliquos, item
si quis hic. Quid sit aut bonorum sessio quamobrem
fiat et quis eius effectus dicetur ij. In fine huius tit. dot
Imp. quid debeant præstare socij in rebus societatis,
dolum sed et culpam levem sed non tantum, non levissimam
sufficit ne modo socius ita diligens sit in rebus soci
etatis atque propriis sed et in propriis non admodum sit
diligens ibid. ubi et ratio additur. Quod si uterque
socius parem negligentiam commiserit tunc ea utrinque
pensatur ut alter alteri eo nomine non sit obstrictus
l. si unde nitio ff. de compensationib. idem est si
utrinque dolus sit commissus per l. viro atque uxore ff. so
lute matrimonio.

De Mandato.

Tit. 27.

Sequitur ultra species contractuum quasi consensu nientur quod modis
contrahatur mandatum dot Imp. statim initio hic. Verba

quib. mandatū q̄ hiz sunt ista, mando, rogo, volo &c.
ut uidere ē l. i. ff. hoc tit. Fit a. mandatū uel pure
uel in diem uel sub cōdōe uel per se uel p nuncium uel
epistolam uel quoniā alio modo d. l. i. Modo tū man-
darit uel rogarit, si n. commendauerit tm̄ alicui ne-
gotiū amici illud mandatū nō erit l. si uo nō remu-
nerandi §. cū quidam. ff. eod. Inter modos aut quib.
mandatū contrahitz dōt Imp. illud mandatū q̄ fit grā
mandatarij tm̄ consiliū potius ē quā mandatū atq; ideo
nullā inde obligationē nasci. §. tua grā hic. consilij n.
nō fraudulenti nulla ē obligatio d. to iuncta l. consilij ff.
de R. I. nisi in spē mandarit, et de certa aliqua pso-
na v. g. ut Titio pecuniam tuam in usurā collo-
ces. hoc n. casu mandans plane tenetz si alias Titio
pecuniā nō fuisses collocaturus d. §. tua grā in fine.
Quod uerū ē in q̄ctib. in delictis n. quis ex mandato
uel consilio dari uere tenetz sine mandatarius delictū
alias et commissurus fuisset sine nō ut dicetz j. titulo
1.o lib. primi quarti. Hinc dōt Imp. mandatū quod
contra bonos mores ē nō obligare §. illud q̄q hic
ubi ex ponit exempla. Rō ē quia haec turpia sūt
et consequenter iure impossibilia. Nulla ḡ eorū q̄q
pt ēē obligatio l. impossibilium ff. de R. I. q uerū
ē tz iuramentū mandato fuerit adhibitū nec n. ob-
ligatoriū ē contra bonos mores iuramentū, c. nō est
obligatorium d. R. I. in 6. et hinc mandatarius si
ex illo turpi facto punitus sit, nihil eo nōie consequitur
a mandante d. §. illud in fine iuncta l. si mandaue-
ro §. qui autem ff. hoc tit. Sibi n. nimitet q̄ fecit

rit nō alteri qui mandavit argto l. damni 18. quod
quis sua ff. de R. I. Utcunq aut mandatario nō tet
actio hoc casu contra mandantē datur tn illi actio q le-
sus ex tali mandato argto l. damni 18. §. si mandato
ff. de damno infecto §. 15 q exequitur hic dōt Imp.
mandatarius nō debere excedere fines mandati ut si
pluris rem emat aut minoris vendat quā fuerit man-
datū quo deterior fiat causa mandantis. Quod si vero
de facto mandatarius id fecerit de eo quod ultra quā
mandatū ē mandans illi nō tenetur ibid. imo rem mi-
noris venditam mandans rursus pt vindicare l. diligen-
ter §. item si ff. eod. Vixi aut quo deterior fiat causa
mandantis sin. facta fuerit melior tunc nō censetur
aliquid esse pter mandatū factū quā mandatū illud
pignus esse ad impletū v. g. si rem maioris vendite-
rit vel minoris emerit. d. §. 15 qui. Nisi versemur
in incerto aliquo rerum eventu, ut fit in militia, in
hac n. tenetur mandatarius mandati etsi plenius man-
datū adimpleverit et optime recesserit l. 3. §. in bel-
lo ff. de re militari. Qui eventus incertus facit quoq
ut aliquando et mandans teneatur de iis q mandata-
rius pter mandatū fecit. Ve cuiusmodi nimirū cū
tū solū ut vulneraretur fuerit mandatū c. fin. de
homicidio in 6. Quo mandatū finiatur dōt Imp. §. recte
quoq hic. Primo renuntiatione mandatarii re integra
ibid. quod et obtinet in revocatione mandantis pl.
ante ff. de procuratorib. l. et quia ff. de iurisdict.
Quando a. dicatur res integra colligere ē ex §. poen.
hic. Secundo finitur mandatū morte vel mandantis

vel mandatarij similiter re integra. Si tn mandatarius mortem mandantis probabiliter ignoraverit de postea gestis habet nihilominus haeredes mandantis obligatos d. §. recte quoque ubi et aliud simile exemp. circa ignorantiam adfertur. In quib. vero haec reg. locum non habeat vitere est apud LL. hic. Circa §m f. hic notandum illud est quod dicitur mandatum debere esse gratuitum id nullam debere constitui in illo mercedem vel certam vel incertam. Si n. certa fuerit constituta erit locatio d. §. f. Si incerta erit contractus innominatus initio sup. de locatione, dixi mercedem bene n. in mandatum venire potest honorarium l. si remunerandi initio ff. hoc tit.

De Obligationibus quae ex quasi Contractu nascuntur. /

Tit. 28.

Absolutis iis hactenus obligationib. quae ex contrib. nascuntur ex utriusque scilicet contrahentium repressa pactione et facto venit nunc Imp. ad res quae nascuntur ex quasi contractu ex tacita scilicet utriusque voluntate et facto alterius tm. Et hinc dicuntur quasi contractus quia nimirum non sint veri contractus sed praesumpti tm ponuntur aut quasi contractus hoc tit. sex species. Prima est negotiorum gestio de qua §. i. hic. ubi dicitur duplex nitio oriri actio directa datur de eo contra nunc qui gessit si gessit inutiliter ad damnum et interesse refundendum: si vero utiliter gesserit ad reddendam rationem, contraria actio datur ipsi negotiorum gestori ad reputandos sumptus

quos fecit d. to modo sumptus illi non sunt facti, ne ali-
qua singulari affectione, ut si mater aliquid impenderit
in filium, talia n. non repetuntur l. i. l. alimento l. si pater
no C. de negotiis gestis, nisi tales sint potestati
quia aio repetendi sumptus illos fecerint l. ne scriptus ff.
eod. tenetur aut negotiorum gestor ad exactissimam dili-
gentiam si alius sit qui eam praestitisset d. §. i. ad exactam
n. si nullus alius diligentius esset gesturus l. tutori C. eod.
de dolo tm si negotium fuerit desertum l. ait praetor §.
interdum ff. eod. de casu fortuito nunquam nisi quid
aio novum et insolitum gerat ut culpa casum praecedat
ut ita fuerint pacti l. si negotia l. sine hereditaria
ff. et C. negotium. alios similes casus videre apud
l. b. hic. Secunda species est tutela ex qua et
obligatione ex quasi contractu nasci et similiter
duplicem actionem dicitur §. tutores hic et constat ex
iis quae dicta sunt sup. lib. i. Tertia species
est rerum singularium coe sine societate de qua §.
item si inter hic dicitur sine societate, quia socie-
tas verum inducit contractum ut d. sup. tit. de societate
oritur aut ex hac coniunctione obligatio si quid vel unus
plus impenderit ut plus perceperit ex re coniunctim ibid.
Quarta species est rei universalis coniunctio n. g. hereditatis de
qua §. item iuris hic ex eo qua hereditatis coniunctione te-
nentur quis ad sumptus, ut expensas alteri cohaeredi
refundentes, de qua ut et superiori specie latius dicetur
j. tit. de actionib.

Quinta spes est hereditatis aditio ex qua heres obligatur ad expectanda legata, quia ad debita de facto heres tenetur ex vero iuris quidem tenebatur ipse defuncto toto lib. C. de hereditariis actionib. et tit. vel actione ab hereditate. Sexta et ultima species est indebitum solutum ex hoc n. obligatur is qui indebitum recepit tacite ad illud restituendum quasi expresse ea mutuo accepisset §. item is hic. Disputant Lib. quo indebitum hic inter quasi iuris recensentur cum supra numeratum fuerunt, inter contractus veros tit. quib. modis re contrahitur obligatio! Dicunt alii relatum ibi esse inter obligationes quae re contrahuntur non tamen inde sequi quod indebitum verus sit iuris, sed his obstat divisio obligationum ex contractu quorum prima statim species est obligationum quae re contrahuntur alii quo melius dicunt diverso respectu indebitum iuris esse rationem sed accipientis quod revera in effectu obligatur non aliter ac si expresse mutuo accepisset, ratione vero solventis esse quasi aut distractum potius quia solvens liberare se potius voluit quam alium sibi obligare ut clare solvit dot. Imp. d. §. item is. in f. quibus casib. et indebitum solutum tamen non repetatur, clare videre est in §. f. hic et apud Lib. ibid.

Per quas personas nobis obligatio acquiratur.

Tit. 29.

Differt hic tit. a tit. lib. 2. per quas personas cuique

acquirit, quod ibi actum sit de acquisitione dominij et possessionis: hic vero agatur de acquisitione obligationis ut ex ipsa inscriptione patet. quae licet diversa sint multum tamen unus ad alterius reputationem conducit in plerisque casibus per quos et ex quibus causis acquirit dominium et possessio per eosdem quoque et ex iisdem causis acquirit obligatio ut videre est toto hoc tit. significatur id cum ait d. lib. 2. tit. unus casus bene notandus est quo diversum obtinet procuratores et quovis alio homine a nobis bona fide non possesso per hos non licet acquirat nobis dominium ut d. sup. d. tit. lib. 2. non tamen per eosdem similiter acquirit obligatio l. 1. C. per quas personas nobis acquirat. iuncta l. possessio quoque in fine ff. de acquirenda et amittenda possessione excepto mutuo quod est factum per procuratorem obligat tamen eum qui mutuo accepit ipsi. Sed non cum ratione pecunia est data mutuo l. 2. C. d. tit. quod quoque inquit aliquis consulet ipsi creditori si nulla illi rata sit per procuratorem obligatio et gerentis nec actio l. 2. procuratorem debere creditori cedere actionem suam. Et tunc recte creditor agat de lege possessio in fine et l. d. l. 2. quod si ad manum non sit procurator ut cedat vel nimiale creditor adversus ipsum creditorem agere tunc illi ex aequitate iura gesserunt actionem utilem qua contra debitorem agat l. in causa in f. iuncta l. sequenti ff. de procuratoribus et l. Julianus §. si procurator ff. de actionibus.

Quibus modis tollatur Obligatio.

Titulus Ultimus.
lib. 3.

Modos tollendae obligationis tradit hoc tit. Imp. quatuor non quod sint plures sed quia hi sint potiores quibus ipso iure obligatio tollatur reliquis vero tollatur fere obligatio ope exceptionis quae ex seqq. melius illuminatur.

Primus modus est, solutio rei debitae eiusdem ut specie vel genere facta creditori a quocunque et ignorante sive invito debitore initio hic, ut tamen quo casu invito debitore debitum solvitur, ab eo creditor solvens nihil repetat l. Cella C. de negotiis gestis potuit autem sic invito beneficium dari in consequentiam principalem non solvens prodesse voluit creditori non debitori, et sic nihil obstat lex invito ff. de R. J.

Secundus modus est, acceptatio de quo Imp. §. i. hic ubi clare dicit exemplis quid sit et quomodo fiat acceptatio in fine d. §. dicit quia acceptatione quae verbis fit non nisi verborum obligatio tolli potest reperta esse stipulationem aequalitatem quae omnis generis debita prius in stipulatione delicta postea acceptatione tollendas cuius rei pulchrum ibi vitere exemplum est.

Tertius modus est novatio de qua §. praeterea hic est autem privatio prioris debiti in aliam obligationem intercedente stipulatione transfusio l. i. ff. de novationibus fit autem ea duobus modis. Primus est ut circa eandem personam obligatio inducatur et hanc species proprie dicetur novatio, de qua in f. d. §. praeterea hic. Secundus ut eadem obligatio transferatur in aliam personam quae species proprie dicitur delegatio, de qua initio d. §. praeterea non autem tolli a iure obligationem priorem nisi hoc expresse actum sit in posteriori dicit Imp. §. poen. hic iuncta l. f. C. de tit.

Quartus modus est gressus utriusque contrahentium quae quasi obligationem tollat et quando dicit clare Imp. §. f. hic. f.

Finis huius 3ij libri.

Institutionum

Institutionum S. Justiniani Sacratiss: Principis Liber quartus

De Obligationibus quae ex delicto nascuntur

Titulus Primus

Inscriptio hujus tituli generalior est aliquando quam ipse tit. quo scilicet non de omnibus debitis agitur sed tantum de una tantum specie privatorum delictorum unde facile est intelligere non sumi argumentum nostrum a rubro ad nigrum vel e contra sed probabile tantum, quod continuatio sit hujus tit. et libri cum superioribus dicit Imp. ipse et initio hic pro quorum melior intelligentia notandum est duplicia esse delicta privata scilicet et publica. Privata dicuntur, quae privatim tantum praeiudicant non pub. et ex quibus actis ijsdem tantum competit quae laesi sunt aliqua ex poena applicatur quorum delictorum privatorum species sunt quatuor Furtum, Rapina, Damnum, Iniuria quae Imp. hic ordine persequitur.

Publica delicta sunt q̄ ex ll. pub. Judiciorum pficiscuntur
et publice vindicantur, eorum poena applicanda fisco ut
surripienda corporib. delinquentium de quib. seqt. j. tit.
ultimo institutionum. Ad privata vero delicta quod attinet
id quod diximus ea privatim vindicari poena applicanda
ijs q̄ sunt laesi, illud quod est quando de ijs agitur civiliter
vel peculiariter, non criminaliter, alias n. ex omni
delicto duplex actio nascitur, civilis nimirum qua quis
id quod sua viterem persequitur sibi applicatum, et criminalis
qua agit ad poenam pub. ut vitere est ex l. f. ff. de
privatis delictis, ut quo ad textum ipsum veniamus
dicit Imp. actiones ex maleficijs, unique generis esse na-
scitur sed ex re mitio hoc tit. quod non ita accipiendum
est quasi non et verbis. Ex literis maleficia contra-
hantur id n. verum esse dicetur j. tit. de iniurijs, sed
quod hic ipsum factum tantum et maleficium spectamus non con-
siderato quomodo fiat. Et si verbis vel literis
maleficium sit factum non tamen ibi certum aliqua literarum
vel verborum sollemnitas requiratur, quandoquidem ut dictum
est sup. in quaestib. consensu vero solo, nullum enim male-
ficium iure nostro contrahitur, si quidem illum consensum in actum
aliquem exteriorem non detulerit l. i. §. sola. ff. de
furtis, unde et recte dicit Ulpianus l. cogitationis
ff. de poenis, cogitationis poenam nemini mere-
ri quia sed nec ibi committatur delictum, ea nimirum
nec dum subsecuta arg. l. sancimus C. de poenis.
Quae vera sunt in foro civili, aliud n. obtinet quo
ad Deum et in foro conscientiae. Definitionem furti
tradit Just. §. i. hic desumptam ex Paulo &c.

l. 1. ff. de furtis illud verbum contrectatio excludit omnem aliam
cogitationem, et conatum sine verbis, sine literis de furto
faciendo, his n. solis furtum nec dum dicitur commissum dicto §.
sola, iuncta l. vulgaris §. 9. qui furti l. si quis uxori
§. neque verbo ff. eod. nec hic eandem tantum contrectationem
accipere debemus, sed simul et ancotionem vel rei vel usus
ipsius ubi si quis intervenerit instrumentum debiti l. 3.
§. si rem ff. de acquirenda possessione l. qui tabulas in f. ff.
de furtis, et dicitur immobilium rerum non sit furtum, quia ancoveri
non possunt l. verum ff. eod. nec rerum incorporalium quia
non possunt tangi, tit. de rebus corporalib. et incorporal. lib. 2.
sed dicitur in definitione fraudulosa, ut sic credat fur, se rem
invito Domino vel eo qui iure in rem habet contrectare §. furtum
et §. placuit hoc tit. Ubi a contrario sensu dicit Inst. factum
non esse si putat dominum consensurum sive consentiat ille sive non,
quia sic tunc dolus ex sua parte absit, imo etsi quia au-
fert in dolo sit, existimans dominum esse invitum quantum reve-
ra consentit, nec dum adhuc furtum dicetur esse commissum
d. §. placuit, Ratio est, quia volenti non censetur fieri dolus
aut iniuria l. nemo videtur ff. de R. Iuris. iuncto c.
scienti eod. in 6. adeo autem requiritur bonum esse invitum
ut haereditate pacente si quid ex ea auferatur, furtum non
dicatur committi, quia sic res talis adhuc nullius sit et consequenter
nullo invito auferatur l. haereditaria et l. falsas
§. qui alienum ff. de furto: Sed praeterea fraudulosa non
violenta ut distinguatur furtum a vi bonorum raptorum
de qua tit. sequenti. Ex eo autem quod dolus ad furtum
requiritur recte defuit Imp. in puberes, adhuc doli incapaces
furtum non committere §. in summa hoc tit. Ubi et eius datur
ratio: quod vero dicimus bonum invito furtum fieri id accipi-
endum, si vel ubi illegit rem sibi esse sublatam dicto §. qui
alienam, alias non ignoranti furtum non fieret contra dictum

ſm una vnit ſemp ſeſe excuſet, quod putauerit bñ
gerentiæ relinquit ſ. Judicil arbitrio ut ex qualitate
facti et perſonæ æſtimet an bñ credat gerentiſſe ad
nō, adhibitis ꝛc. nec ſufficit quod ſub vnia ei ſ. quid ſe alienā mittat
pnō vtatur V. g. creditor pignore depositario rem depo-
ſitam, commodatario rem commodatam, ni alio vſu quam
accepit, tenerū furtū committit ſ. vtendo ſine creditor hoc
fiat. Definitionē tantū gehdit Jurſp. hic nobis, quod
lex nudi ꝓhibitū ē admittere furtum, nā quid
turpe ē. l. probū ff. de verbor ſignific. unde ꝓbabile
deducit lb. ex furto et nudo, furū eſſe obligatū
ex illo ſ. principio neminē eſſe locupletē et ſuū cuiq; tri-
buendū nō quidem quod ex furto fuū gloriatur ni ſpem furti
ſed quod tacitē non petit gratiæ, quia cum nemo præ-
ſumat ex ipſo quod hominē arguto l. Imperatori ipſe ſe homi
legi ſubſtituiſſe ff. de iniuſ fiſci. Propterea illud ad natu-
ralem obligationē illud ſufficit quod alteri per iniuriā
gratiā rem illius auferat et ſic cū alterius damno locupleſ
tetur l. cum hoc ff. de petitione hēditatis. Quot ſint gra-
ta furtorū dicat Jurſp. ſ. hic: Duo ſ. manifeſtū et non
manifeſtū. Manifeſtū dr quod fur cū ipſa re furtiua
deprehenditur vel paulō poſtea antequā eo deduxerit quorſus
dire deferre ſtatuerat ibid. et l. 4 de minorib. l. 6 quid
ſit ſemitatē ff. de furtis, et hic dicit Jurſp. facilē col-
ligi quid ſit furtū non manifeſtū quando ſ. fur cum
re furtiua nō eſt deprehenſus antequā rem eo deduxiſſet
quo deferre illo die ſtatuerat. Speciē furtorū apud
veteres hodiē nō eſſe ampliſ uſitatā dicit Jurſp. d. ff.
4. hic. quæ aut illa fuerint et q nō ſit cur nō ſeſe
tuebatur adiecerit ſubiungit ſtatim ff. 3. ubi clarē ni-
dere ē ex ipſo textu. Furtum furti manifeſti eſſe quā-
duplū, furtū manifeſti nō duplū dr ff. poena hic ff

quadruplum vel duplum moveri poenam esse dicetur j. §. f. hic
et haec poena actionis furti est civiliter intentata, si vero
criminaliter intentetur fuit olim poena extraordinaria arbi-
trio Judicis l. f. ff. de furtis quia tunc furem nec capite nec mem-
bri mutilatione punire poterat auth. sed novo iure C. de
servis fugitivis nisi essent grassatores publici, dicuntur
tales pub. itinera tales n. capite plectabantur l. capitalium
§. grassatores ff. de poenis tandem ex constitutione Frid.
Imp. §. si quis quinque de pace tenenda a usibus feudorum
coeperunt fures laqueo suspendi, qui quinque solitos essent
furati. Et postremo ex constitutione criminali centum quin-
quaginta octo cum seqq. aliquot, ubi distinguit inter furta
manifesta et nec manifesta, C. nec manifesta, an primo
ratio vel tertio facta an cum malis qualitatibus v. g. ab effra-
ctione vel sine iis an j. quinque florenos sint vel non
quo me brevitatis causa remitto. Quod dictum est sup. in-
vito bono furtum fieri, id Imp. §. unde hic restringit
nimirum casu, quando nimirum bonus servo suo credit ut
sibi aliquid per alterius sollicitationem auferatur talis
n. sollicitator et corruptor revera furti tenetur, et quoque ser-
vi corrupti dat ibid. hanc rationem Imp. quia res sit mali
exempli adeo a tuabus istis actionibus talis sollicitator
tenetur ut et una intentata adhuc alia intentari possit
quia sunt diversa maleficia teste Ulp. l. Heraclius
in f. ff. de servo corrupto, actione tamen servi corrupti ta-
lis corruptor tenetur sive bonum sive malum servum ad alias
furaturum sollicitaverit in duplum eorum quae tunc servus ab-
stulit, quando fuit sollicitus non considerato si post interea
num alius eidem vel alii sit plura furatus l. d. Heraclius initio

ff. eod. Etiam liberi hominis furtum fieri dicit Imp. §. interdum
hic. iuncta l. omni q. §. si filijs ff. de furtis, datur autem oc-
casio actio furti parentibus qui filios ita sublatos habent
in potestate, cum et tales vindicare ex l. quiritum possint l. i. ff.
de Reivind. Unde sequitur matrem ob liberos suscepto furti age-
re non posse l. mater filij ff. eod. quia sicut mater filios in po-
testate, ut dictum lib. i. illud hic disputari solet cum pater
ob filios susceptos furti agat actio vero furti in duplum sit
vel quadruplum aestimationis rei sublatae quid parens
grecus debeat cum liberi hominis nulla sit aestimatio secundum l.
libertas de R. J. et l. i. ff. q. dejecerunt. Sed patrem
hoc casu aestimationem dupli vel quadrupli sui interesse
grecum, et si nihil eius interfuerit Judicis arbitrio illi
contemnationem fieri et rei suae quam furtum facere, si
v. g. alteri pignori sit data dicit Imp. §. aliquando
hic. Ratio est quia alterius possessione et ius securitatis q.
in illa re habuit aufert per l. i. §. servus ff. de acquirenda
possessione. Venit hic Imp. ad eos qui opem consili-
um furibus expectant sed ipsi furtum non fecerint statuens
tales furti actionem teneri, quae verba, opem, consilium
separatim accipiuntur ut sic et is qui consilium solum furibus expedite
rit furti teneatur et ope nulla adhibita l. saepe in f. ff. de
servo corrupto verborum signoribus quod verum est sed et nihil
omnino alter sit furaturus per d. l. i. ff. de servo corrupto q.
secus esse in contractibus dictum est sup. tit. de mandato. Ut a-
quis ex consilio furti teneatur, requiritur ut furtum tenerum sit
subsecutum aliasque consilio tali nemo tenetur d. l. saepe in f. iun-
cta l. sui pignore in f. ff. de furtis, et sic illegendus finis d. §.

interdum hic ubi ait Imp. hic, ex consil. furti, quem non teneri
si sed furtum non sit subsecutum de ope sola, ut consideratum est ex ea
furti quoque actione non nasci nisi quod opem illam praestiterit sciat se
esse furtum praestare d. l. saepe in f. quando autem dicitur de eo quod opem
fert ad furtum idem est illud quod est quod post furtum commissum furem
celat l. quod fur. §. 1. ff. de furtis. Secus est in eo quod furem non in-
dicat sed sciat esse talem d. to. Disputant Sob. an ut opem
praestare civiliter tenetur furti, ita et teneatur criminaliter
ut sed suspendi possit, benignius est, quod non odia sunt restrin-
genda Cc. odia de R. J. in 6. l. interpretationem ff. eod. praesertim
cum nec civiliter opem praestans nisi furti nec manifesti teneatur
l. ie quod opem. ff. de furtis. Furti actione non nasci inter bonum
et servum patrem et filium bene vero inter illos quod filiis vel ser-
vis consuluerunt ut furarentur dicit Imp. §. hic quod hoc tit.
Ratio est quia tales possunt illos privatim castigare l. servi
initio ff. de furtis. Idem quoque obtinet si libertus patrono suo
vel mercenarius illi a quo est conductus furetur l. si libertus ff. eod.
iuncta l. praepiciendum ff. de poenis ubi dicit Mantpong furta
domestica si leviora sint pub. non esse vindicanda. Hoc si
marito uxor quid abstulerit inter eos furti actio nascitur
ob reverentiam sed coniugalem et coniunctionem quandam bonorum
inter se iure praedem veteri. Sed non hic furti actionis datur
inter eos rerum amotarum de quo tit. ff. et Cc. rerum amotarum
furti actio quibus competat, docet Imp. §. furti autem hic
quibus sed quorum interest rem furto esse sublatam vel ratione dominii
vel ratione iuris et securitatis quam in re sublata habet
v. g. creditor in pignore de quib. d. §. furti hic. Vel
ratione custodiae ad quam tenentur in re furto sublata.
v. g. fullo sarcinatur de quib. §. item si fullo cum §. sequenti

Modo tamen et tales in solidum soluendo sint bonae maioris sigtem actio esset quam inopia debitoris excluderet dictis locis iuncta l. tum is. ff. de dolo malo. Ex quib. a contrario sensu sequitur eum cum nihil interest rem subtrahi illi furti actionem non dari d. §. furti cum seq. ubi id Imp. docet exemplis. In re commodata id Imp. corrigit ut et commodatorem ad eam furto sublatam posit agere sive commodaturius sit soluendo sive non, ut tamen si ceperit agere postea non habet regressum aduersus commodaturium §. q. de fullone hic. Olim sequitur non bonae sed tantum commodaturio furti actio dabatur, quia sic ille teneretur et ad custodiam non aliter atque fullo et alii l. eum q. §. si res ff. de furtis.

Et hinc definitur depositarium non agere furti quia sic sua non interest rem depositam auferri cum non teneatur ad eius custodiam §. sed is hoc dicit. quod illegitimum est nam ipsius depositi. Si n. depositarius custodiam promiserit vel pecuniam rei seruandae causa acceperit tam illi et furti actio competit quam sic ipsis casib. quibus teneatur ad custodiam l. 2. §. et generaliter ff. ui bonorum raptorum. Dicat non aliquis quid si dolo depositarii res furto auferatur tunc certe nomine tenetur ut dicitur d. §. sed is. quia quo tunc sua interest nitebitur et recte posse furti agere. Respondet Vlp. d. l. eum q. §. is aut adhuc eum furti non agere quia nemini ex suo dolo actio datur.

Non quo quodlibet interesse furti actionem parit sed illud tantum quod est ex causa honesta l. is cuius interest. l. itaque fullo §. sed furti ff. eod. ubi et eius rationem dat Vlp. Et hinc furi et cuiuslibet alteri malefideque possessori furti actio denegatur ibid. nec et sufficit quod ex honesta causa interest sed debet praeterea extitisse res apud eum cui est sublata reuera extitisse

tisse alias illi furti actio non competet l. is cui exstipulatur l. eum
qui mitio l. interdum ff. eod.
Omnib. locis dicitur eum qui, cui res est permissa vel vendita nec dum
autem tradita furti actionem non haberet uti nec creditorem si res
debitori auferantur qui ipsi pignori non fuerint §. f. hoc tit. dicit
Imp. illud dupplum et quadruplum qui in furti actionem venit
veram poenam esse. Hoc obstante quod quis ista iam furti
actione sit consecuta adhuc tamen agi posse ad rem ipsam vel
rei vindicationem vel condictione furtiva, quae actiones qua-
les sint et an possint concurrere dicetur ij. tit. de actionibus.

De Vi Bonorum Raptorum

Tit. 2. 1.

Secunda haec est species privatorum debitorum introducta a praeto-
re, quando quis cum armis vel quocumque hominib. aliquid ali-
cui et minimum aufert mitio hic iuncta l. 2. ff. eod. Quod
delictum cum gravius sit furto dicitur tale quid compromittens mi-
probus fur dicto mitio. Dicitur autem bonorum raptorum nam ra-
ptus personarum crimen est pub. ut dicetur ij. tit. ultimo et est titulus
in C. de raptu Virginum. Quae sit huius delicti dicit Imp. §.
i. hic intra annum sed quadrupli post annum dupplicis vel simpli.
Nec illud quadruplum totum est poena, sed nisi et simul
res ablata contineat ut sic poena sit tripli tantum d. to. Ubi
disputant Ob. quomodo fiat quod leges furem simplicem gravius
puniant eo, qui vi rapit, dictum est n. supra furem mani-
festum puniri quadruplo et praeterea posse ab eo rem peti.
Proinde haec actio vi bonorum raptorum intra annum tantum
punitur triplo, furtum vero et post annum et perpetuo dupplo
vel quadruplo. Respondent autem passim sed vi bonorum

raptorum actio in eo levior sit, quam in triplum tum sit poenae
et hoc ipsum intra annum tum, in hoc tum graviorem, quod semper sit
in triplum sive in crimine deprehendatur sive non, cum furti
nec manifesti actio sit dupli tum d. mitio hic. Praeterea
ex vi bonorum plures actiones competunt potest. n. cui
res vi est sublata primum agere furti nec manifesti, et po-
stea actione vi bonorum raptorum ad illud quod amplius in hac
est quam fecerit consecutus ex actione furti l. i. ff. hoc tit. Praeter-
ea et vi rapiens tenetur iudicio pub. ex l. iuliana sed privato
de vi vel pub. d. l. 2. §. i. iuncto §. Item lex iulia 2. ij. de
pub. iudiciis. quod in simplici furto non fuisse olim, ex
5 pr. ymo tit. gestat. Dolum ad hanc actionem vi bonorum raptorum
requiri aequum atque in furto dicit Imp. §. quia tum hic, cui ibi
gatur dicta lex 2. cum autem conveniat nim abesse a repub.
et facile quis ex iam dictis se posse lucri quod dolo non
rapuerit Ideo ab Impp. est constitutum ut et si quis putet
remissam esse et quod sibi licere vi eam auferre, tum puni-
atur ut vitiosus est. Sed ne dum hinc iuncta l. si quis in tantum
C. unde vi. Ratio est quia nemo debet esse iudex in causa pro-
pria nec ipsum se vindicare sed per legitimum magistratum
et iudicii ordine servato l. nullus C. de Iudaeis iuncto
tit. C. ne quis in sua causa iudex. Nisi in casibus subitis
ubi magistratus ita statim adiri non potest, ut fit in nocturnis
agrorum populatoribus obsessoribus itinerum, disertoribus mi-
litiae: Hic in libera resistendi cuique facultas tribuitur ut
vitiosus est tit. C. quando liceat unicuique sine iudice se vin-
dicare ubi l. i. hac datur ratio quia melius est occurrere in tempore
quam post exitum vindicare cum qua quoniam illa legis sim

Co. in qbus causis restitutio non sit nria quia satis intacta iura servare, quam post vulnera remedium quaerere. §. f. hic dot Imp. quibus competet haec actio in bonorum raptorum in quo cum nulla sit differentia inter hanc actionem et actionem furti non est opus ipsum ea hic repetere.

De Lege Aequilia.

Tit. 3.

Lata haec lex est Aequilio Tribuno plebis, et hinc dicta est aequilia l. 1. ff. hoc tit. statutum autem hac lege est de damno iniuriae id periurium vel nullo iure illato. Et haec 3ia species est delictorum privatorum. Fuerunt autem huius legis aequilia tria capita quorum secundum non est amplius in usu §. caput secundum hic. Imo nesciri potest quid eo statutum fuerit. Primo capite cavetur si quis servum aut quadrupedem quae pecudum numero est iniuria occiderit teneatur quanti eo anno illa plurimi fuerint in tantum hic, unde videre est servos in iure non quadrupedibus fuisse comparatos et ita Corg. l. 4. §. 1. ff. eod. quae sint quadrupedes, quae pecudum numero habeantur dot exemplis ipse Imp. dicto vitio hic quidem et illa verba iniuria occidere similiter exemplis explicat §. iniuria autem hic. eodem autem ea verba intelligenda sint quanti in eo anno plurimum fuerint dr. §. his autem hic, ubi res claro et exemplo demonstratur. Debet autem haec aestimatio fieri pro ut communis res valuit non quanti is aestimat cuius fuit. Et hinc si quis servum alterius occiderit quem is amavit ut filium non tamen aliter is servus aestimabitur quam quanti communis potuerit vendi l. si servum ff. hoc tit.

Neq. in hoc delicto tm aestimatio fit corporis occisi sed via
ipsa ex illa occisione damna nob. sunt illata §. illud
non ex verbis hoc tit. ubi id ipsum qq. docet exemplis.
Ansant dolum oporteat intervenisse ut haec actio detur illegr.
ex d. §. minoria iuncto §. seq. hic. ubi dum dolum non requiri
sed solam et culpam sufficere si v.g. infirmitate, negligentia
aut impitia quis alteri damnum intulerit quorum exempla qq.
dat Imp. dictis locis. Immo nec culpa tata tm sed et levis
sima haec actio datur et v.g. si quis si quis non hoc puitet q
solent diligentissimi patresfam. puitere: actionem aut hanc
legis Aquil. poenalem esse eo ipso qq. detur in plus quam pro
rei aestimatio fuerit dat Imp. dicto §. his aut hic ubi
dit ideo quia poenalis haec actio sit eam non dari in haere
des. Generalis n. haec est regula poenales actiones in haere
dem non transire ut late dicetur ij. Quod verum est nisi haeredes
ex damno sint facti completiores l. ante Heraclius §. hanc
actionem ff. hoc tit. vel nisi cum defuncto lis fuerit contestata
l. omnes poenales ff. de obligationib. et actionib. Hic n.
duobus casib. et poenalis actio ad haeredes transit, qq. et
latius infra dicetur §. liberum hic dicit Imp. pter actionem
l. aquil. de servo occiso et publico iudicio ex l. Cornelia
de sicariis agi posse. Ratio est quia actione l. aquil. ad dam
num agitur l. Cornelia vero ad vindictam quo casu actio cri
minalis per civilem non tollitur ut infra tit. Ac quando civilis
actio criminali praeiudicet. Quod si vero et civilis actio ad
vindictam fuerit tunc postea criminali non est permissum agere
l. pter edixit §. 1. ff. de iniuriis. Ratio est quia non est aequ
ut idem admissum plurib. ll. vindicetur l. senatus ff. de inde
dia et exhibitione reorum. 3io cap. legis aquil. cavetur
si quis servum aut quadrupedem, qui pecudum numero est

vulneraverit aut aliud aial quod vis exciterit aut vul-
neraverit, vel quis aliud damnum alicui in quacunque re
fecerit tenetur hoc nomine quanti ea res sit 30. diebus
proximis plurimi fuerit. §. i. c. 3. cum §. sequenti. hic. Circa
§m finalem hic notandum est actionem l. aquil. directam dari
quanto corpore corpori damnum datum est. Utilem vero legis
aquilae quanto corpori sed non corpore. In pactum demum
actionem tunc dari quanto nec corpori nec corpore.
quorum trium exempla videre est in ipso textu hic. Ad extre-
mum circa hunc tit. considerandum est actionem istam le-
gis aquilae non omnibus dari, quorum interest damnum esse
illatum sed dno tm directo vel utili, ut v. g. vasallo
l. item Mela. §. legis aut cum l. sequenti. ff. hoc tit.
Et hinc usufructuario ad damnum datum in usu fructu com-
petit actio utilis tm dicte §. l. Unde et homini li-
bero et vulnerato hoc nomine non datur actio legis aquil.
directa sed utilis tm, quia sunt talis membrorum suorum
non tenus l. liber homo ff. eod.

De Iniuriis.

Tit. 4tus

Et haec quarta species predictorum delictorum. Accipi
aut hac tit. iniuriam specialiter pro contumelia dicit Imp.
initio quae desumpta sunt ex Ulp. l. i. initio ff. eod.
Tribus aut modis fieri iniuriam, re, verbis, et scriptu-
ra dicit Imp. exempl. §. i. hic iuncta l. i. §. i. Ex quibus
et illud illatum omnem iuriam aut in corpus inferri aut
ad dignitatem pertinere ad infamiam idem Ulp. d. l.
i. §. i. per quos fiat nobis iniuria et quib. detur iniuria
actio dicit Imp. §. i. hic. Ubi notandum est et pluribus unius

Quot et quibus modis fit iniuria

NB. Sic ad iniuriam atque uxori et uxorem in onso.

iniuriae causa actionem hanc dari nec una semel intentata tolli
alteram dicto loco iuncta d. l. 1. in f. Quod dicitur maritum agere
ad iniuriam illatam sponsae l. item apud Labeonem §. sponsum ff.
eod. Aliquando non competit iniuriarum actio nisi facta sit
dolo l. illud relatum ff. eod. l. si non convitii C. eod. Debet
autem ille qui iniuriam intulit probare quod non iniuriandi animo
fecerit, alias omnino hac actione condemnabitur d. l. si non con-
vitii. Ratio est quia omne maleficium male praesumitur factum
§. 6. d. loco. et in l. 1. C. ad l. Corn. de sicar. Et hinc
defuncti primo magistratus, praeceptores, et similes non dicuntur in-
iuriam facere quando vel iusticiae exercendae causa vel corrigendi
discipulos aliquid facit dicta l. item apud §. abiicit l. iniu-
riarum initio l. qui reipub. ff. eod. Ubi de magistratibus datur
ratio quia sed iuris executio non habet iniuriam. Secus est si contra
ius et communem modum agendi aliquid faciat, tum enim revera
et magistratus et alii iniuriarum actione tenentur l. nec magi-
stratus ff. eod. Secundo nec is iniuriarum tenetur qui iono ali-
quem percussit aut in certamine l. d. illud relatum §. 1. 3. Sic
nec si astrologus ex astris suis dicat aliquem esse furem
d. l. item apud §. si quis astrologus. Qui tamen alia praestitu-
lione tenetur ad poenam capitalem. l. nemo accusationem
C. de maleficiis et mathematicis. 4. nec infans nec
furiosus hac actione tenentur d. §. quod et sub. refe-
runt ad ebrium, si sed omnino ebrius sit argumento legis omne
§. per vinum ff. de re militari iuncta l. unica C. si quis
imp. maledixerit. 5. nec iniuriarum tenetur is qui no-
centem infaceat si quidem reipub. interfuit illud delictum
non ignorari l. eum qui innocentem et ibi lib. ff. hoc tit.

Sexto nec is qui ex iracundia alicui convitium fecit, si quidem post iracundiam non revocaverit l. qui quid calore ff. de R. I.
Septimo nec si quis liberum verberaverit putans eum esse servum hac actione tenetur d. l. illud in fine, secus est si liberum non verberaverit v. g. Titium cum putavit esse Sempronium similiter liberum, tunc n. non obstante errore circa personam tamen iniuriam tenetur quia sic voluerit alicui iniuriam facere d. l. eum qui nocentem §. 1. quod idem obtinet in marito aut patre qui iniuriam agunt ex iniuria illata uxori vel filiofam. sed inferens putaverit esse uxorem aut filiumfam. alterius d. l. eum qui. Vice aut putaverit uxorem esse aut filiumfam. alterius qui si putaverit esse innuptam aut patrem fam. huic marito aut patri actio iniuriam non dabitur d. l. in fine.
Notandum plerea est adeo hic omnium iniuriantium parere hanc actionem iniuriam ut etiam si res non sit iniuriosa si tamen hac animo sit facta actio ista nascatur v. g. si quis aliquem nocet clandestinum argento l. 2. §. sed ubi C. quando et quibus quarta pars lib. 10. iuncta d. l. eum qui.
Quae sit poena actionis iniuriam dicit Imp. §. poena hic ut sic laesus eum aestimet pro conditione personarum dignitatis et filiorum circumstantiarum. Est tamen haec aestimatio postea Judicis arbitrio subiicienda l. constitutionibus ff. eod.
Qui Judex non ad id tempus quo intentaverit vel illud quo facta est iniuria aestimationem suam referet l. iniuriam aestimatio C. C. si quis pecuniam non habet qua puniri potest, talis aliis modis a Judice verberabitur ne crimina maneant impunita l. si quis iniuriam ff. eod.
Et hic locum habet illud qui non habet in aere habeat Juris sentenciam

in corpore argto l. 4. C. de servis fugitivis §. sed et lex
Corn. iniuriarum actionem nostri quibus veniunt notandum
ad differentiam aliorum omnium quae ex iure praetorio descendunt. Differ-
unt autem in hoc maxime quod quibus casibus ex l. corn. iniu-
riarum actio datur ea sit perpetua, initio de perpetuis et
temporalibus actionibus. At §. in summa hic ubi dicit Imp. ex iniu-
riis duplicitur agi posse civiliter et criminaliter
id illud ita est quod duae istae actiones competant ab
initio ut sic quis ultra velit possit agere. Nonnunquam
postquam una egerit nolit et agere altera. Id n. pe-
test l. quod senatus consultum in fine iuncta l. sed qui ff. de ini-
uriis. Ratio est quia haec utraque actio tendit ad vindi-
ctam. quod secus esse in actione l. aquil. postquam ad hanc
intentam potest actio ex l. Cornelia tamen d. est sup. lib. co.
de quibus est pulcher textus l. praetor. §. 1. ff. hoc tit.
Nec illud circa d. §. in summa est omittendum, illustres
personas, et sup. illustres Ex in criminali iudicio iniuriarum
posse per procuratorem comparere. Ut tamen tales et sem-
crimen subscribant et in illorum persona fiat condemnatio
non in procuratorem l. ultima C. eod. Et hoc in personis illu-
stribus plane est singulare ut in criminalibus comparere
non teneantur, quod in aliis non illustribus longe secus obti-
net l. praemult. ff. de pub. iudiciis.
Tandem §. finali hic dicit Imp. duo, primum est tam
eum qui intulit iniuriam quam eum qui mandavit
inferri iniuriam tenetur. Quod adeo verum est ut sin-
guli eorum et in solidum teneantur l. si plures servi. ff.
eod. Ubi in fine eius datur ratio in pluribus simul iniuriam

inferentib. Eadem est q dissimulatione iniuria abeleatur d. §. 1. ff. eod. Ad extremum et lotitur morte sive eius q intulit iniuriam sive eius cui est illata iniuria. Actio si quidem iniuriarum nec hereditatib. nec heredib. §. 1. infra de perpetuis et temporalib. actionib. ubi de hoc latius dicetur. Vicitur libellis famosis vulgo Pasquillis, notandum est eorum poenam esse capitalem ut intere est ex l. Unica C. de famosis libellis. Quod tamen sub. et postea et Carolus quintus constitutionum criminalium constitutione iiii. sic illgunt, si libello famoso quis aliquem et capitali crimine insimulaverit. Poena n. eadem puniendum esse, quae erat criminis quod alteri intentavit.

De obligationibus quae ex quasi delicto nascuntur. §. Tit. 5.

Ad haec quarta et ultima species obligationum quae dicuntur quasi delicta fl. illgitur ex quibus quae dicta sunt sup. de quasi contractib. Sortit autem harum obligationum Imp. tria genera. Primum est si Iudex per imprudentiam male iudicet mitio hic iuncta l. 4. §. si iudex ff. de obligationib. et actionib. Cuius poenae nigunatur iudicii aequum videbitur habita ratione damni et interesse partis quae personam sententiam est laesa. Imprudentia vero Iudex male iudicare dicitur si in l. vel facto facilius erraverit, si probabiliorem plurium sub. opinionem non sit secutus et sic deinceps. Quod si in l. obscura facto intricato erret vel plurium et contrariam sententiam sequatur et similibus casib. ad

interesse parti laesae non tenebitur de quo late lib. hic. Sixt.
aut Imp. per imprudentiam quia iudex dolo male iudicans
si v. g. evidens eius in iudicando arguatur vel gratia vel ini-
micitia, vel sorte, talis veram litis aestimationem praestare
cogitur l. si filiusfam. in f. si filius ff. de iudiciis, imo si
iudex aliquid acceperit vel illi quid promissum est, ut sen-
tentiam dicat pro dante vel promittente talis et infamis
fit, et si causa fuerit pecuniaria dati triplum, promissi
vero duplum praestare cogitur. Si vero causa fuerit criminalis bonis
omnibus confiscatis in exilium mittitur, auth. novo iure iudicat.
f. C. de poena iudicis qui male iudicavit. Ille vero qui dedit
iudicii, et ut textus loquitur: qui diffidentiam iustae sen-
tentiae in pecuniae corruptelam spem negotii reposuit
actionem suam perdit l. i. C. eod. Quod verum est nisi talis
eorum seipsum sponte detulerit et probaverit iudicem vero se
quid accepisse, tunc non veniam meretur d. auth. novo iure
initio. Secundum genus obligationum ex quasi delicto
est si ex eius domo quid deiiciatur vel effundatur vel suspen-
sum sit, unde aliquid nocitum sit vel nocere potuerit de
quib. §. item is hic. Ubi dicit Imp. cum ex cuius domo
quid deiectum est teneri ad dupplum damni dati. Si homo
occiderit ad 10. aureos. Si noverit in quem iudicii vitetur.
Si suspensum quid habeat quod possit nocere in 10. aureos.
Et hoc nomine tenentur inhabitatores sive in suo sive in conductu
tamen ipsi horum nihil fecerint, qui tamen contra auctores eiectio-
nis vel effusionis D. 4. hospites habent regressum l. si vero
§. cum autem ff. de his qui deiecerunt. Si plures domum aliquam
inhabitant pro diviso quisque tenetur de effuso ex sua parte.
Si vero inhabitant pro indiviso tunc singulorum tenentur

in solidum, ut tamen si cum uno fuerit actum caeteri liberentur l. i. in fine cum duab. ll. seqq. Tertius genus est ut exercitor teneatur de eo quod quis ex sua familia deliquit in officio ad quod erat deputatus. Et quidem in duplum §. f. hoc tit. iuncta l. §. navigandi ff. furti adversus nautas. Unde colligitur si quid externus in navi vel nauta extra navem quid sit furatus exercitorem de eo non teneri d. l. unica in f. iuncta l. f. initio ff. nauta, caupones, tabellarii. Ubi nec tum datur in exercitorem actio licet ab ipsis nautis in navi sit furtum factum si Rectores monuerint ut sua servent suo periculo modo et hi quae conferint d. l. finali §. 1o. /.

De Actionibus.
Tit. 6. /.

Sequitur nunc 3ia pars Juris quae ut reliquis est difficilior ita et est utilior. Cum nihil prosit vel rerum multarum dominium quaesivisse, vel alios quam plurimos nobis habere obligatos, nisi et eorundem nomine actiones nobis competerent. Et hinc dicit Just. in l. ulta C. de praescriptione longi temporis majores nostros subtilissimo animo et divino quodam modo ad actiones pervenisse, per quas sive quocunque te quis iura sua adversus quosvis possit persequi. Ad actionem hanc n. maxime refertur et exceptio, haec n. actionem semper sequitur. Qui n. actio competit, ad rem recuperandam, illi multo magis competet exceptio, ad retinendum l. nimirum §. i. ff. de R. J. c. qui ad agendum d. R. J. in 6. Est autem actio nihil aliud quam ius ius persequendi in iudicio, quod sibi debetur initio hic et l. nihil aliud ff. de obligationib. et actionibus

Quitur ius quia est quiddam incorporale, ut uidere est ex supra
dictis tit. de rebus corporalib. et incorporalib. et multum
differt actio ipsa a re uel obligatione ad quam agitur ibid.
quanquam iurisdictione quae actionem habet ad rem rem pertinentem
rem ipsam habere uideatur. l. quae actionem ff. de R. I.
Deinde ius dicitur quia pendet et procedit actio ex debito
aliquo Ciuili et hinc differt actio ab officio Iudicis
quod non uenit in sua sed ex bono et aequo, et debet in
plorari a partib. non uero Iudex ex se solet interponere
quale est remedium restitutionis in integrum l. quod si minor
§. f. ff. de minorib. Dicitur plerea ius persequendi ut
distinguatur actio ab exceptione qua reus non persequitur
ut et litem sed potius fugit. Deinde ut distinguatur
actio ab obligatione haec n. causa est aliquid persequendi
actio uero ius ipsum quo persequimur. Unde dici solet ob
ligationem esse materiam actionis quod tamen non est illud
nisi de actione in personam ut paulo post ij. dicetur.
Et hic notandum est uerbum illud persequendi accipi generaliter
ut omnes eius actiones sive ordinarias sive extra
ordinarias complectatur. Stricte n. accepto uerbo
persequendi actiones tantum extraordinarie continentur ut in
dere est pecunia 100. et §. actiones ff. de V. signif.
Dicitur persequendi in iudicio, ut excludantur illi casus
quibus aliquando ius suum persequi et extra iudicium quos
uidere est tit. C. quando licet unicuique uidentur
quod sibi debetur, ubi per illud uerbum sibi excluditur ac
cusatio criminalis quae non agitur ad illum quod sibi
debetur sed ad poenam debitam reipub. Accipitur autem
uerbum deberi in ista definitione late sive minime

aliquid nobis debetur ex dominio sive ex obligatione
per d. l. pecuniae in f. sed ideo late quia verbum hoc, de-
betur, stricte acceptum, illud tamen significat quod nobis
ex obligatione debetur, non vero quia iam nostrum est
per l. quintus §. i. ff. de auro et argento legato l.
obligationem ff. de actionib. et obligationib.
Ber. quod loca et similia volunt nonnulli sub hanc
definitionem actionis tamen convenire actionib. personalib.
Sed eos propter iam dicta facile redarguit divisio
actionum quam imp. statim subiungit. Absurdum n.
esset imp. non item antea definivisse quod statim
post dimisit. Sunt quoque duae species actionum, alia
est in rem alia in personam §. i. hic iuncta l. actionum
ff. de actionib. et obligationib. Actio in rem dicitur vin-
dicatio. Actio in personam dicitur contractio d. l. actionum
et §. appellamus i. hac tit. quando et ex quo cap.
dentur actiones in personam dicitur dicto §. i. hic ex obli-
gatione sed haec non sola est causa actionis personalis:
uti dominium causa est actionis realis ibid. d. to. Di-
cat vero aliquis nonnullas actiones esse mixtas, par-
tim sed in rem et partim in personam, nonnullas et acti-
ones esse in rem inscriptas, videtur quod divisio iam dicta
actionum non esse sufficiens. Respondet bb. cum in
mixtis insint simplicia actiones istas mixtas
non constituere propriam speciem sed videndum superiori
divisioni. Actiones vero in rem scriptae vere sunt persona-
les tamen qualitatem aliquam habentes ad mixtam
actionum realium quod sed dentur contra quemlibet possessorem
quae qualitas novam quoque speciem non constituit.

Cum dicatur actio personalis late tractant Bb. hic quoque sed semper
comitentur personam nec illam egrediantur. Bat. quidem etiam
haeredib. Et in haeredes ex contractu defuncti sed hi
iuris fictione eadem censentur esse persona §. i. auth. de iure
iurando a moriente praestito. quidem et pater una per-
sona censetur esse cum filio §. quod si quis sup. de inutilib.
titulationib. Et hinc non est absurdum ut actio perso-
nalis in persona filiifam. constituta competat et patri
et in patrem. Et hinc quoque stipulatio facta servo ac-
quiritur bono, quia servi in iure nostro omnino pro nullis ha-
bentur, et tamen sustinent personam dominorum l. quod alti-
net ff. de R. J. Praeterea ut actio personalis non egre-
diatur personam obligati, vel eius qui habet aliquem ob-
ligatum id verum est in actione directa haec n. semper
manet in persona creditorum et debitorum. Utilem vero actio-
nem bene creditor cedere potest in alium. Ut sic quoque nihil
citius debet, hoc tamen ab eo accipias. l. 3. C. de no-
vationib. quidem vero actiones personales dicuntur quae
rem committentur dentur semper in rei possessorem d. §.
i. iuncta l. unica C. de alienatione mutandi causa
facta. Sive it naturaliter et civiliter possideat, ut V. g.
emptor sive naturaliter tantum ut depositarius commodatarius
l. officium. ff. de reivindicatione. Hinc refert an qui
iam adhuc rem possideat, an vero dolo desierit pos-
sidere. Talis siquidem adhuc habetur pro possidente
l. quod si dolo l. si in aut §. i. ff. eod. Atque hoc casu
electio est poenae dum, an quaerere velit eum qui dolo
desierit possidere, an eum qui iam possidet d. l. uni-
ca. Hac tamen adhibenda est distinctione ut qui dolo de-

sierit possidere teneatur dno qm is in litem iuraverit in
infinitum sine ulla taxatione. qui no iam possidet nõ te-
neatur nisi ad rem ipsam l. qui restituere ff. d. tit. de rei-
vindicatione. Et hoc de eo qtra quo datur actio in rem.
Ad illum no attinet q hanc actionem vult intentare debet
is revera esse bnus l. in rem ff. eod. Hoc tn interest
an sit bnus iure gentium an civili an directus vel utilis
v. g. vasallus. §. rei aut de investitura de re aliena
facta in usib. feudor. iuncta d. l. in rem. an praeterea
sit bnus insolitum an pro parte qui n. habet bnus do-
minii in re tm ujudicat l. quae de tota ff. d. titulo
Dominium no hoc probandum est ipsi actori d. l. officium
iuncta l. actor C. de probationib. Cui si probare
illud no poit manet reus in possessione h nullam iustam
causam possessionis suae poit adferre. l. f. C. de rei-
vindicatione. Nisi quis negarit primo se possi-
dere. Talis n. postea qflictus rem actori restituere
tenetur. etsi dominium no probarit l. f. ff. eod. Cum
q fundamentum hus actionis in rem positum sit in
rei dominio, hus aut dominii difficilis sit proba-
tio ut videre est l. cum res C. de probationib. c.
pastoralis extra de causa possessionis et proprietatis.
Hinc Consilium dat JC. Gaius l. 15 qui destinavit
ff. de reivindicatione, ut quis in iudicio possessorio prius
agat ad possessionem tunc n. nihil probare tenetur
nisi quod possederit. Recuperata no possessione
rei sit probatione dominii in adversarium p d. l.
f. C. eod. Quia no hac actio in rem tm compe-

tit ad res corporales de quib. Imp. §. aequè actio hoc
Prima actio est Confessoria, qua sc. actio ius mihi esse
servitutis, usus fructus in fundo alterius Secunda est
negatoria, qua nego alteri ius tale esse in meo fundo.
Et hae actionis negatoriae aliqua sunt singularia quae
regulariter in aliis aliter obtinent. Ut sc. negans et
possidens agat quod aliter esse in actionib. rerum corporalium
dat Imp. d. §. aequè, ut in hac actione probet rem
non actor contra communem iuris regulam quae dicit actori pro-
bationem incumbere non reo d. l. actor C. de probationib.
In actione et confessoria illud est singulare quod detur adver-
sus quosvis qui nos impediunt aliquo iure civili, uti
sc. nullum praedium possideant l. si quis dicturus ff. si
servitus vindicetur quod secus esse in rei vindicatione quae non
datur nisi contra rei possessorem iam l. est sup. Et has actio-
nes confessoriam et negatoriam sub. nostri accommodant mul-
tis aliis casib. v. g. si quis dicat sibi ius esse praecipiendi
decimas reditus ius exercendi iurisdictionem, ius venandi
ius patronatus in fundis et territorio neget, hanc
non dicunt hae actiones directe ipsis dominis. Utile sc.
vero et iis qui ius saltem aliquod in re habent in qua
impediantur v. g. creditor in pignore usu fructuarius
in usu fructu l. ei qui ff. de servitutib. l. i. ff. si usus
fructus petatur §. sed iste quidem hoc tit. Imp. transitum
facit ab actionib. civilib. in rem ad actiones pro-
rias, quae partim sunt in rem partim in personam.
Actionum prioriarum in rem, Prima est Publiciana

de qua Imp. §. namq. Si cui hic. Ubi in fine addit cur dicatur
publiciana. Competit aut publiciana ei qui rem bona fide
et iusto titulo, a non bono accepta possidere coepit nec tamen
adhuc usucapit. Datur vero contra 3um qui nullo tit. eandem rem
possidere coepit nec et usucapit d. §. Sed iste iunctus ja
et toto tit. ff. de publiciana. Magna vero ratio introducta
hanc actionem a Pretore est dicit Imp. d. §. namq. si cui
nec n. potuit vindicare iure civ. quia rem illam non
habuit a bono nec eam quoque legitime usucapit. Quod
haec aut publiciana non detur contra titulo possidentem ratio
quia talis potior est propter suam possessionem ipso actore qui
non possidet amplius l. sine aut. §. si duob. ff. d. tit.
In pari siquidem causa melior est conditio possidentis l. in pari
ff. de R. I. Quod dicit Imp. agentem hac publiciana
dicere se usu coepisse, quod tamen non usu coepit id
non accipiendum est, quasi Pretor doceat aliquem mentiri
sed dat Pretor actori hoc beneficium quasi revera usucapisset.
Non quod dicit quo tempore usu coeperit sed ex bene-
ficio Pretoris. Secunda actio Pretoria in rem est rescissoria
quae datur illi cuius res ex iuncta causa absentis a praesentib.
vel praesentis ab absentib. vel et absentis ab absentib.
est usucapta, ut sic talis usucapio rursus rescindatur
quasi nulla omnino intervenisset §. rursus ex diversis
i. l. i. et f. ff. ex quibus causis maioris.
Datur aut haec actio intra annum a quo quis sic redijt
d. §. rursus. Quod illud est de anno non continuo
dierum sed trecentorum sexaginta quinque. Sed de anno utili
totidem dierum sed quibus iuris sui experiendi potestatem

Secunda Actio.

70.

habuerit. qui annus utilis postea mutatus est in quadriennium
continuum l. f. C. de temp. in integrum restitutionis. Supplicium
cum vero hic actionem nasci aliam rescindentem, qua quis pe-
tit rescindi usucapionem alteram rescissoriam, qua rescissa
usucapione primum rursus actionem intendat et quod hac
utraque actio et uno libello expediri possit videre est late
apud Gb. hic. Tertia actio in rem praetoria est Pauliana
Revocatoria, qua scilicet creditores bonorum possessione in praefectu
debitorum revocant ea quae debitores illi in fraudem eorum
alienaverint. §. item si quis hic, datumque hac actio intra
annum utilem quidem et superior l. i. ff. quae in fraudem creditorum.
Requiritur autem ad hanc actionem ut creditores ipsi sint
debitoris bona possidere. Ut revera sint fraudati
et praeterea debitor hoc in fraudem fecerit ijque in quos alie-
navit fraudis conscii d. to. l. i. l. ait praetor §. i. et r. ff. quae in
fraudem creditorum. Si tamen debitor res titulo lucrativo
v. g. donatione alienaverit, tales a creditoribus revo-
cantur licet is in quem sunt alienatae fraudis conscius non
fuerit 4. ignoti iuris C. de revocandis ijs quae in fraudem
creditorum. Sumitur autem hic in isto edicto alienatio generaliter
pro omni alienatione, unde nec licet illi ani debitorum pro alio
solvere vel pacto illos debito liberare vel se obligare
vel sua pignori dare vel sua pro derelicto habere d.
l. i. cum aliquot seqq. ff. d. tit. Quarta actio praetoria
in rem est Serviana, et quasi Serviana. de qua
Inst. §. Serviana hic. Competit autem Serviana ad rem
Coloni quae pignoris iure pro mercedib. fundi ei sunt
obligata. quod illud est modo sciat locator tales
res in fundum esse illatas l. eo iure ff. in quib. caus.

Tertia actio.

l. certi juris C. locati. quod aliter obtinet in reb. in pli-
noribus. Hae n. locatoris sunt obligata etiam ignoret eas illa-
tas in domum esse dictis locis. Ratio differentiae est quia lo-
cator fundi habet et tacite fructus fundi obligatos et sic
iam ante illi prospectum est aliquo modo et in pluribus ff. in quib.
causis pignus: quod aliter est in locatore domus cuius fructus nullus sunt.
Sunt autem in utraque hac actione eae tantum res obligatae quae eo modo
in domum vel fundum illatae sunt ut ibi sint perpetuo l. debitor
ff. de pignoribus et d. l. in pluribus. Et hinc disputant bo-
an et merces mercatorum pignori sint. Et verius est quod
sic, quatenus quidem extant tempore persolvendae pensionis l. cum ta-
berna initio ff. de pignoribus. Ratio est quia tunc singulae non
eo modo sint illatae ut ibi maneant in genere tamen vult mer-
cator semper aliquas merces ibi habere. Differt vero hac
actio Serviana a pignoratitia de qua dictum est supra tit.
de oblig. quae re contrahentur, quia hac Serviana sit in rem
et dat unicuique creditori contra quemvis rei illatae pos-
sessorem non contractorem aut colonum tantum l. si cum venditor ini-
tio ff. de aedilitiis. l. si fundus cum l. sequenti ff. de pigno-
ribus. quia secus obtinere in pignoratitia ex supra dictis patet
et ex iis quae iam sequentur melius illustrantur. Differt vero hac actio
Serviana ab ea quae iam sequitur quasi Serviana quod hac dat
quibusvis creditoribus non locatoribus tantum, dicitur et ad
quaevis pignora mobilia vel immobilia illata vel non
illata esse obligata vel tacite d. l. Serviana hic. Vo-
catur vero hac actio quasi Serviana in iure nostro, alias
actio hypothecaria. Sed praeterea quasdam ii. hac tit. Et
hac tamen in eo conveniat cum actione pignoratitia quatenus
sit generalis ex omni debito et pignore differunt

tu in hoc q pignoratitia sit personalis et detur debitori
adversus creditorem debito soluto ut pignus recipiat
Hypothecaria vero actio realis est et datur creditori adversus
debitorem ut pignus sibi pro securitate tradatur dum non sol-
vatur debitum. Venit nunc Imp. ad actiones praetorias
in personam §. in personam hic. quarum Imp. tres adferet
species. Prima est actio constitutae pecuniae quando quis
constituit vel promittit quid pro se vel pro alio
solvere sine stipulatione §. de constituta hic. Est autem
haec actio ideo a praetore introducta quia iure civili
ex nudo pacto non datur actio tamen grave sit fidem falle-
re l. 1. ff. de constituta pecunia. Et haec constitutio ut
valeat, oportet aliquod debitum praeterit sive civile
et naturale simul, sive naturale tantum l. 1. et 2. ff. eod. debitum
vero civile tantum non sufficit ut vide constitutum nascatur l. 3. ff.
eod. quando vero constitutum aliquod debitum est non ideo cessat
sed prior obligatio ex qua nihilominus adhuc agi potest.
l. item illa §. motus ff. eod. Secunda species est actio
de peculio quae datur ex contractu filiorum fam. Ex servorum
in patrem et dominum, quatenus illi habuerint in peculio
§. actiones autem hoc tit. Est autem peculium id quod filius fam.
vel servus separatum a rebus patris vel domini hoc
promissum habet vel quod parsimonia sua vel ex officio filii
paravit. l. depositi in f. in acta l. peculium 40. ff. de peculio
Et hinc dictum est peculium quasi sit pusilla pecunia dicta l.
depositi. Et in servorum quidem peculio castrensi vel quasi
filiorum fam. in hoc non pater nihil iuris habet l. 3. C. de castr.
peculio. Hoc est de peculio adventitio, quod sic filius
fam. a matre vel aliunde acquirit, ex hac non pater
solum administratorio nomine quaerere potest l. cum oportet

[illegible] de peculio.

juncta l. 7. C⁹ cod. Sed illgnduꝫ ē de pculio prone dicitio tñ
q̃ ds ab ipso patre filiofam. exigitur hꝫ n. enūcuncta
omne cū pcto ad patrem tota administratione rebꝰ filiofam.
exigitur ē ut patet ex ꝫ ro. quemadꝫ. argto l. Stm
ruꝫ. ff de R.D. quod adeo uerū ē ut teneaꝫ adhuc patem
q̃ cū filio ītstutu pchibuerint argto l. si quis seruꝫ
ff. de pculio, et hꝫ ro. quia de pculio q̃ fit nua, dicit
Celsus j. tit. seruꝫ. illud tñ hic diligenter ꝛolandū
est cum ex ꝫ ro. Iuliani ut filiofam. nō ex eo
quodcūq; delicto, nec in quantū datur uel in q̃ ex eo fit
ditꝫ locupletior l. 5 tm. sed secundum. ff. cod. Vel nisi
in ipm filiofam ex dolo q̃ non sit condemnatꝫ, hm n. etiam
tūc in solidū, quatenꝫ in pculio ē teneaꝫ ibid. ff. idem
scribit. Quia uō ibi dat Vlp. quia in ministrio quasi
contractꝫ obligatio. Nec hic tam ea quę ex contractu ex eo
ꝫ gerit, quam ex ipa obligatio tam ex ipse re-
cepta, q̃ tracta. Certi spē ē actio iurisiurandi,
si quid ex alio pactum, iurauit aliquid sibi dari, ff. ꝛc
si quid iuret heres. de alio pactum quia si quis
iuret nomine pcuratꝰ nemo petentē subiꝫ hanc actionē
nō q̃ꝫ, alius quisq; tenuit sibi deberi l. 3. initio ff de
iureiurando, adeo n. iusiurandi ab alio debiti ꝓ tuꝫ
ut rōnabilit ampliꝫ q̃ an uerū sit id q̃ ērunt ꝰ actor
quia ds q̃ quasi sit, de pcurio q̃ l. 5. ff. de nōtē iurando
l. adversus ff. de exceptionib. Vide nos ꝓ. ꝓcuratꝰ rem
cuiꝫ l. 1. C⁹ de rebꝰ creditis et iureiurando, ubi n. ius fiu
tantū super transactionib. mentionem fiat, quā rei ueritatem
inuō tēl solutionis to cedit l. 2. l. iusiurandū eq. ff. de iure

iurando. Nec pt dicere is q detulit insiurandum sibi fieri
iniuriam, quare non detulit et ipsum suum adversarium, cum pure
iudicem facit. l. i. initio ff. quarum rerum actio. Et sic quod
sua culpa sentit, non videtur sentire. Nec volenti fit iniu-
ria l. quod quis ex culpa l. nemo videtur ff. de R. I.
An q. ille q falso iuravit impunis erit? Nullo modo:
Fit n. talis venera priuatus l. nam sufficit ff. de dolo malo.
Imo constitutione Carolina ior. falso coram iudice iura-
tus duorum digitorum praecisione puniuntur praeter infamiam
et restitutionem eorum q falso suo iuramento alijs abstulerint.
Nondum vero circa hanc actionem est idem esse, an quis iura-
verit an vero voluerit iurare, et postea iuramentum defer-
rens ei remiserit, talis n. cui ita remissum est insiurandum
habetur atq si revera iurasset l. actori C. de rebus creditis
ille vero cui defertur iuramentum vel iurare debet, vel iura-
mentum referri illi q detulit, alias habebitur pro confesso
et solvere cogetur. l. insiurandum in f. iuncta l. manifeste
ff. de iureiurando. Nisi cui defertur iuratus causa remissionis
iuramenti habuerit tunc n. et remissare poterit l. quoties
§. ipse autem ff. eod. Venit nunc Imp. ad actiones praetorias
poenales, quarum tres adfert species. §. poenalis hic.
Prima est albi corrupti gratia aliquis dolo malo
edictum praetoris perpetuum in quamvis mensa publice pro-
positum corrumpit vel aufert vel corrumpi vel auferri
mandat d. to iuncta l. si quis id q. ff. de iurisdictione
omnium iudicum. Ubi dicit Ulp. cum hac actione non teneri
q per imperitiam rusticitatem casu vel praetoris iussu al-
bum corruperit vel qui dolo quidem corrumpit sed

edictum non fuerit perpetuum, sed temporale tum v.g. si quis
sit a store citatus. Et datur haec actio cuivis de populo
et illi cuius nihil interest. Eiusque poena est quinquaginta aureorum
d. l. si quis. d. l. si quis. Sed in pandectis florentinis
legatur quingentorum a qua lectione communiter recedit
quod si plures album corruperint omnes ad dictam poenam tenentur
et singuli quidem in solidum, nec unius solutione alii liberantur
d. l. iuncta l. sequenti eod. Utilis albi corrupti actio datur
in eos quoque qui dum edictum proponeretur vel etiam antequam pro-
ponerentur illud corruperint d. l. si quis. Addunt bb. hic
et alios casus ad quos haec actio possit extendi.
Secunda actio poenalis est de in ius vocando si quis sed
sine venia parentem vel patronum in ius vocaverit d. l.
poenalis hic. Datur haec actio similiter ad 50 aureos
sed in ea nulla excusat radicitus l. si libertus et l. poen.
ff. et l. rata C. de in ius vocando. Et hanc poenam quae solvere
non potest is punitur in corpore l. f. ff. eod. Non autem spe-
ctat hoc edictum ad filios adoptivos nisi quamdiu sunt
adhuc in potestate adoptantis l. adoptivum initio ff. eod.
Nec ad filios naturales, natos ex concubina sed l. poenal.
eod. Secus aliquando est in filiis spuriis, vulgo sed Christus
hic n. patrem in ius vocari potest, non ex matre quia sed
haec semper sit certa l. 4. in f. l. sequenti C. eod. Illud
de patronis in ius non vocandis et extenditur ad patro-
norum parentes, uxores, liberos et haeredes et extra-
neos l. 1. et 4. C. eod. In autem hoc edictum de patronis
et liberis etiam ad vasallos referatur communiter hic bb. di-
sputat. Et verius est quod non sed n. vasallo dominum in ius vocare
modo id faciat cum debita reverentia c. 1. de milite vasal. in usib. feudorum.

Hec dnm accuset criminis alicuius, tunc n. feudo plane privatur §. similiter de consuetudine recti feudi. Hec illud LL. hic indisputatum relinquerunt an adhuc hodie huic edicto poenali locus sit cum ratio illa ob torto collo Civem in ius vocandi moribus nostris cesset. Et hec verius est quod nihilominus adhuc maneat hoc edictum cum nihil circa illud sit immutatum argto l. praecipimus C. de appellationibus.

Tertia actio poenalis datur contra eum qui aliquem in ius vocatum vel et per calumniam vi eximit sive per se sive per alium, sive cum iam duceretur in ius vel ne duceretur obstiterit. d. §. poenalis hic. iuncta l. 4. et 5. ff. ne quis eum qui in ius vocabitur. Datur actio intra annum in illud quod ab actore fuerit aestimatum non in solum quod in veritate est. d. l. 5. §. 1. Et si plures vi eximerint tenentur singuli in solidum d. l. 5. in fine. Cessat vero haec actio si quis vocatum ad iudicem plebanum exemerit vel si illum exemerit quo iam ei ad eum non potuerit, vel si ductus sit ad illum iudicem cui non erat subiectus vel ad illum locum quo non debebat vocari l. 1. 2. et 3. C. eod. Vel si ex qui exemptus est nihilominus ad iudicem sit productus d. l. 5. §. docere ubi et hic rei habetur ratio. Hinc venit Imp. ad actiones praeiudiciales, quarum similiter tres adfert species §. praeiudiciales hic. Ubi dicit Imp. eas uniuersi in rem esse, quia sunt contra possessorem. Quod bene est notandum non nisi sunt reales cum tenetur aliquando et ipsi qui possidet v. g. liberto qui timet ne in servitutem reducatur. Ulta ff. si libertus ingenuus. Sicuti autem hae actiones praeiudiciales, quia praecedunt aliud quod tamen iudicium mox subsequuturum, et quod ex priori illo depen. l. 5. hic.

Prima species praeiudicialium est, an quis sit liber. Et competit ea vel dominium ut dicant quem esse servum suum vel servis ut dicant se esse liberos et nullius dominio subiacere. Accommodatur haec actio a bb. ad omnes alias similes species servis, licet revera servi non sint v. g. proprios homines adscriptitios.

Secunda species est, an quis sit libertus, et hanc similiter datur vel patrono dicenti quem esse libertum suum vel liberto dicenti se esse ingenuum, et sic nullas operas vel officia alicui debere. Et hanc speciem licet aliqui accommodent quoque ad vasallos, quia licet similes sint libertis, verius tamen est eam ideo non esse extendendam cum sit vasallus quoad statum nihil ab ingenuo. Competunt non dno adversus vasallum, vel vice versa vasallo adversus dnum aliae actiones ut rei vindicatio ut dictum est supra et similes.

Tertia species est, an quis sit filius, quod datur filio contra patrem, ut filius declaretur alatur etc. Et vice versa quoque patri contra filium, ut hic eum observet, honoret etc. Et hanc speciem referunt quoque bb. ad alia similia, an v. g. quis sit frater an agnatus, an nobilis ad eiusdem familiae etc. Cui autem mixtis praeiudicialibus actionibus probatio incumbat, satis res est difficilis. Et brevis probare debet, qui non possidet, idem qui non habetur liber et ingenuus aut filius sed tractatur ut servus, libertus, aut extraneus l. circa eum et l. quoties mitio ff. de probationibus. Probabit autem se quis filium non directe id nisi fieri non potest l. Lucius ff. de quaestionibus et de mendacibus. Sed indirecte et a posteriori ut vocant si minimum probet se esse natum ex legitima uxore tra-

statum ut filius a parentib. l. filium ff. de his qui sunt
alieni juris. Et hanc adeo probant aliquem esse filium
ut nihil obstet quod mater fuerit adultera l. miles
§. defuncto ff. ad l. Julian. de adult. Vel quod mater ipsa
dicat filium non esse ex marito sed adultero natum
d. l. filium, nihilominus n. filius habebitur, et quidem le-
gitimus, non si quidem isto casu tenetur matri credere
uti nec patri l. i. §. si quis non ab aliquo ff. de car-
boniano edicto.

Post haec etiam Imp. subiungit diversam esse rationem
recipientis libelli in actionib. in rem et in personam §. sic
itaque discretis hic. Ut sic in actionib. in personam petat
quis rem sibi dari id est dominium eius in se transferri.
In actionib. vero in rem non potest petere ut res sibi detur
tot sua via, quia iam est eius dominus, sed ut sibi
restituatur quoad possessionem sic d. to iuncta l.
nemo rem suam et l. ubi aut in f. ff. de verborum obli-
gationib. Excepta sola condictione furtiva quae
personalis sit tamen datur dominio ad rem furtivam sibi datam
d. §. sic itaque. Praeter quam condictionem furtivam datur et
rei vindicatio ad rem ipsam furtivam recipiendam, nisi
quas duas actiones hoc maxime interest quod condictio
tantum detur adversus furem vel eius heredem toto tit. ff. de
condictione furtiva. Reivindicatio vero adversus quem-
libet rei furtivae possessorem secundum iam supra dicta ubi
tamen idem notandum, ut si dominus una harum contra furem age-
re coperit tunc alterum tolli l. nemo ex his in fine
ff. de R. J. iuncta l. f. ff. de noxalib. actionib.
His praemissis venit Imp. ad tertiam actionum divisio-
nem, quod sic aliae sint rei persequendae, aliae poenae

aliae vero mixtae, partim scilicet rei, partim poenae persequendae.
§. sequens illa hoc tit. Ubi et §. sequenti ea dicit exem-
plis, quae ex superioribus facile illaqueantur. Aliud vero esse actio-
nes rei persequendae, aliud actiones in rem facile est ad-
dere ex d. §. sequens. Quia autem dixit Imp. de actionibus
mixtis quae partim sunt in rem, partim in poenam sub-
iungit tres alias actiones quae mixtas sed diversa
ratione, quia scilicet partim sunt in rem, partim in personam.
§. quaedam actiones hic. Prima harum est actio Fam.
Herciscundae, quae datur pro dividenda hereditate inter
coheredes, vel si quid unus heres plus fructuum per-
ceperit, vel plus in personam fecerit, quam alius ibid.
et toto tit. ff. et C. Fam. Herciscundae. Et propter pecu-
niarum personales dicuntur actiones in personam. quidem
ratione divisionis et quatenus petit quisque par-
tem suam dicuntur actiones in rem.
Secunda actio est communi dividundo, quae datur pro dividenda
re aliqua singulari contra quascumque qui cum illo eiusdem
rei habent communionem. d. §. quaedam. Et harum duarum actionum
illud est commune, ut quis semper ad divisionem provocare possit
nemo enim nunquam cogitur in communione stare l. f. C. communi divi-
dundo. Ratio est quia talis communio solet discordias excitare
l. cum pater §. dulcissimis ff. de legatis. Tito.
Tertia actio est finium regundorum quae datur iis qui con-
fines agros habent ad terminos bene distinguendos
d. §. quaedam. Et haec quoque actio partim in personam est
quatenus agri partem ab alio occupatam terminis se-
motis sibi adiudicari petit ut videre est toto tit.
ff. et C. finium regundorum. Venit hinc Imp. ad

quartum actionum divisionem, quod si aliae sint in simplum,
aliae in duplum, aliae in triplum, aliae in quadruplum. Sed
autem hic. De quibus singulis exemplum subiungit ibid.
et aliquot §is seqq. Illud autem bene ibi notandum quod
dicit Imp. ultra quadruplum nullam actionem extendi,
sic n. illud illegitimum est, quod nulla actio unius et eius-
dem rei poenam maiorem ex l. habeat impositam quam
quadrupli. Bene n. interesse ex delicto proveniens
quadruplum potest excedere. V. g. si quis damnum navi
extrahat, vel pecus morbosum gregi immittat, ut tempestas
vel totum navis, vel grex perierit de quo exemplum
habemus l. Iulianus ff. de actionib. empti. Uti et par-
tes interesse maiorem poenam quadruplo, si hoc vel
illud agant aut non agant nimium possunt constituere.
Deinde loquimur hic de actione una et contra unum et
eundem quidem et loquimur hic de poena una tantum ap-
plicanda non diversis. Actiones vero diversas contra eundem
vel actio eadem contra diversos vel poena eiusdem actionis
quidem sed diversis applicanda est vel ex diverso fonte
oritur bene ultra quadruplum dari potest uti ex multis
videre est, l. et quidem in f. ff. de calumniatorib. Ubi di-
cit Ulp. eum qui calumniam passus est habere hoc voce
actionem contra eum qui poenam alteri dedit ut calum-
niam faceret et contra eum cui quis ipse dedit, ne sibi
fieret calumnia et sic contra singulas in quadruplum
ut in universum accipiat octuplum quod ex seqq. melius
illegitimum. Notandum praeterea est quod Imp. dicit actio-
nem in quadruplum non extendi. Sed quia est in accusa-
tione in qua absurdum ratio non est poenam quadruplum

excedere de quo ut et similib. videatur gloss. verbo ulteri
d. §. oes aut et possim BB. quae dicuntur actiones
in dupplum dicitur Imp. §. in dupplum hic. Inter quas po-
nit actionem depositi certis ex causis. quae causae sunt
quatuor si sit tumultus, incendij, ruinae, aut naufragij
causa quid apud aliquem deposuerit §. rei persequendae
Sup. hoc tit. Ali n. si negent apud se aliquid esse de-
positum et postea quintatum in dupplum rei depositae tenentur
§. sed si furti j. eod. Ex legato vero venerabilib. locis
relicto datur in haeredes actio in duplum si postquam a
magistratu moneti sunt eam praestare distulerint ibid.
De actione servi corrupti id notandum est eam in du-
plum semper dari sive servus corruptus sit sive non, mo-
do id actum sit ut corrumperetur, sive et iam prius
corrumpantur sive antea fuerit corruptus l. si quis ser-
vum C. de furtis inactu l. i. §. sed utrum ff. de servo
corrupto. quod dupplum accipiendum est interesse rei
quam servus deterior factus fuerit. Et eius praeterea q
dno tum statim quando corruptus est abstulit l. si quis
servum ni f. l. in hoc iudicium cum segg. §. eod. Et haec
actio utiliter quoque accommodatur, si quis filium aut filium
alicuius corruperit l. ut tum §. primo C. eod. imo et
si quemcumque quis ex familia vel subditum alicuius
Civitatis corrumpatur Idem BB. ibid. In triplum
actio vera tum est de qua Imp. §. tripli hic. quando
actor maiorem quantitatem libello inseruit ut
eo plus executores a reo extorquerent sportularum
nomine. quo maior n. summa petebatur eo plus debe-
bat reus executoribus aliisque ministris solvere, ut vi-
dere est l. oes §. executoribus C. de Epis et clericis.

152.

Et hæc de ipsis actoribus plus libello inserentibus. Sive ipsi executores et apparitores maiores sportulas petant quam debentur, horum poena est quadrupli, s. quadrupli nisi hoc fit. Ubi et alias actiones Imp. refert quæ sunt in quadruplum. Prima est furti manifesti, de qua dictum supra.

actio q. Secunda est metus causa, quando scilicet per metum quid compellitur contrahere vel simile quid facere aut non facere de quo est integer titulus ff. et C. de eo quod metus causa. Ad quam actionem requiritur ut metus ille sit præsens et talis quod in constantem virum cadat non minus tamen esse illatus aut suspicionem metus inferendi l. 1. l. metum ff. de eo quod metus causa. Sive autem iactum illum metum quis perpessus sit in se sive in liberis suis, sive culpa sua sive sine sua culpa nihil nitere l. illi quidem in fi. l. nec timorem s. nec proinde ff. eod. ubi dicitur et ille qui in adulterio deprehensus per metum aliquid dedit vel promisit hanc actionem dari. Et hæc actio quod metus causa non datur tantum in eum qui metum intulit sed et in omnem alium rei per metum alienatæ possessorem, unde in rem scriptum dicitur d. l. metum in f.

Tertia actio in quadruplum est signis calumniæ causa ob litem alicui movendam vel non movendam quid acceperit vel dederit d. s. quadrupli hic iuncta t. l. 12 generaliter in f. ff. de calumniatoribus. Sed autem calumniæ causa id signis sciens se malam causam fovere tamen alter negotium fecisset. Unde sequitur signis non tolo sed bona fide transactionis causa quid acceperit vel dederit, tunc nullam poenam committi. Non enim legitimis transactionibus sed sordidis quæstionibus est interdictum l. 1. §. nam quod tractari ff. eod. Venit hinc Imp. ad quartam actionem

divisionem quod sunt aliae sint bonae fidei, aliae stricti juris
§. actionum quantum. hoc tit. quae sint bonae fidei Imp. or-
dine ibid. recenset. Unde BB. detulit reliquas omnes
actiones ibi non enumeratas esse stricti juris cum ali-
quorum inclusio sit caeterarum exclusio. Dicuntur autem
actiones bonae fidei quod in eas multa ex bono et
aequo veniant de quibus tamen partes inter se nihil con-
venerunt ut v. g. fructus usurae et similia. Hinc
si quis fundum emat plenum fructib. et fructus emis-
se censetur et si de iis nihil dixerit l. 5. §. 1. 2. l. Julia-
nus. §. si fructib. A. de actionib. empti. Actiones stri-
cti juris dicuntur quae stricte accipiantur nec in eas
aliquid veniat nisi de quo nominatim et expresse
inter partes actum fuerit ut v. g. si quis stipulatus
sit sibi dari fundum nihil praeter fundum quaeritur licet ple-
nus fuerit fructib. dictis locis. Rationem vero diver-
sitatis cur inter utrasque has actiones ita diversimo-
de sit constitutum hanc dari posse tradunt recentiores.
Quod in actionib. fidei bonae utrinque nascatur obliga-
tio, et sic utrique haec lata ex bono et aequo inter-
pretatio aequaliter vel prosit vel noceat ne uterque
habiturus sit quod quaeratur. In actionib. vero stricti juris
ubi unus tantum obligatur nimis esset chorum, ita latam inter-
pretationem dari cum ex altera parte nihil debeatur.
Inter actiones autem bonae fidei Imp. numerat tres
de quib. antea nihil dixit, quare breviter ea-
chie veniunt explicandae. Prima est actio aestimato-
ria praescriptis verbis quae datur quando alicui res
aliqua vendita vel locata est ea lege ut vel ipsam
rem salvam et integram vel eius aestimationem restituat
l. 1. et toto tit. ff. de aestimatoria actione.

quae aestimatio si certa fuerit. V. g. tecum aureorum tunc
res periculo eius erit qui emit eam vel contraxit. Si vero aestimatio
fuerit incerta V. g. quam iunctum erit tunc erit periculo eius qui
vendidit vel locavit d. l. i. iuncta l. si gratuitam §. i. ff. de
praescriptis verbis. Secunda actio est petitio haereditatis quae datur
illi qui haeres est contra illum qui pro haerede vel possessore haere-
ditatem possidet l. i. et toto tit. ff. et C. de petitione hae-
reditatis pro haerede dicitur possidere qui putat se haeredem esse
pro possessore autem qui scit se haeredem non esse, et tamen cum causam
nullam legitimam haberet haereditatem invasit l. pro haerede
iuncta l. sed etsi §. quod autem ff. eod. Dixi contra eum hanc
actionem dari qui pro haerede vel possessore possidet quia si
alienis tit. singulari V. g. emptionis haereditatem possideat contra
eum non datur directa haereditatis petitio sed utilis tantum l. etsi
§. i. ff. eod. idque duobus casibus. Solum quando scilicet vel non extat vendi-
tor, vel Emptio nimis praeceptio vendidit dicto §. ie. Tertia
actio est ex stipulatu dotis de qua loquitur Imp. §. fue-
rat hic. l. n. stipulatio ipsa stricti iuris sit tamen quia
ratione dotis est interposita et succedit in locum uxoriae actionis
quae olim bonae fidei fuit, vult Imp. eam hoc casu esse bonae
fidei esse d. to. ubi duo et alia dotis privilegia recenset
contra communem iuris rationem. Primum est quod uxor ratione dotis tacitam ha-
beat hypothecam in bonis mariti. Cum alias pignus ex praeso
pacto constitui debeat l. i. ff. de pignoratitia actione. Secundum
quod mulier aliis creditoribus praeferatur, et iis qui habent prio-
rem hypothecam d. §. fuerat. Cum alias qui prior tempore sit
iure potior l. 4. ff. qui potioris in pignore. Tertium haec
dotis Imp. in quibusvis actionibus sive bonae fidei sive
stricti iuris, sive in rem sive in personam atque et ad tempus

ex contractu sive ex delicto locum esse compensationi et qui-
dem ipso iure, ut non opus sit parti excipere sed suffici-
at quocunque id sciat Judex §. in bonae hoc tit. et ibi l. 6.
Et haec vera sunt modo utrinque debita sint liquida, id cer-
ta et quae negari non possint d. to his verbis iure apto ni-
tantur iuncta l. 4. C. de compensatib. Competit autem compen-
satio non ulterius quam usque ad concurrentes utrinque quantita-
tes l. si constat A. eod. quia autem actionib. bonae fidei
similes aliquo modo videntur actiones arbitrariae nunc ad
eas Imp. transit §. praeterea quasdam hoc tit. ubi multas
species harum actionum ponit. Sunt autem arbitrariae actiones
in quibus Judex arbitratur prius rem debere restitui. Quod
si faciat ulterius non procedit. Si vero non faciat tunc illum
Judex postea condemnat in illud quod leges isti actioni impo-
suerunt v. g. actione instituta quod metus causa rem fundi
quem quis ob metum alienare debuit, ideo Judex arbitratur
ut reus ille fundum istum actori restituat. Quod si ille non
fecerit pergit tunc iudex ad sententiam eumque condemnat
in quadruplum ut dictum sup. Unde dicunt Sc. nostri
duas quasi esse sententias in his actionib. arbitrariis,
alteram inter locutoriam, alteram definitivam. Post haec Imp.
§. curare hoc tit. dicit Judicis esse curandum ut certam fe-
rat sententiam etiam de incerta quantitate apud eum factum
fuerit v. g. Si quis interesse fructus aut expensas pe-
tierit. Debet n. haec in processu liquidari et tunc demum
de ita liquidatis Judex certam ferat sententiam. Debet
autem haec sententia esse certa sive in se sive relata ad
acta ut v. g. Si quis aliquam condemnet ad summam in libello
petitam vel actis liquidatam tunc n. haec sententia
valet l. 3. C. de sententia quae sine certa quantitate condem-

et valet sententia incerta quando debitum fuit alterna-
tivum in quo electio est debitoris. Idem, 3m hunc aut. j. hoc
tit. hoc n. casu minus condemnaret iudex ad certam unam
speciem. quando praeterea dicimus certam esse debere senten-
tiam id illud dum sive certa sit de re aut corpore aliquo
universali ut haereditatem ~~ut~~ peculio dicti dote et hae
n. sententiae subsistunt non consideratam incertitudinem rerum
singularium quae verbis illis insunt de quib. et similib. lege
videantur LL. hic. Item dicit Imp. quod plus petissent ad
ore aliquo quam sibi debebant eos tota causa olim cecidisse
§. si quis agens hic. quam severitatem sic moderatur ut si ab
aliquo plus tempus sit petitum ei dupplicentur indutiae, et fru-
ctus litis restituantur §. sed haec quidem hoc tit. iunctos.
hodie j. de exceptionib. quod si plus tamen re vel causa
ab aliquo petitum fuerit illi hoc nomine quod sumptus fuit
et quanti eius interfuit plus petitum fuisse sunt spectandi
e unico extra de plus petitionib. Nisi dolo plus aliquo
horum modorum sit petitum tunc n. et hodie plus petens to-
tum debitum amittit. l. unica de plus petitionib.
Quod dicit Imp. d. §. sed haec quidem cum quo aliquo ictorum
motorum plus petit in triplum condemnatur, id non est accipi-
endum generaliter sed tantum in casu sup. d. §. tripli hoc tit. quod
sed sportularum nomine plus ab actore libello fuit insertum. Quod
patet et ex Theophilo et quibusdam exemplaribus quae
expresse haec verba habent addita ut in sportulis.
Quod motis dicatur plus peti clarissime dicit Imp. ipse
§. plus autem cum duob. seqq. quo me remitto. Hinc
dicit Imp. quid iuris sit si quis per errorem minus
petat quam debeat id sed ei fraudi non esse sed in eo
iudicio talem posse errorem suum corrigere §. si minus
Unde deducunt LL. posse quem libellum suum usque

sententiam emendare eius aliquid addere vel detrahere. quod
quod illegitimum sit videantur Ibid. 66. Sup.
Sequitur nunc quinta et ultima actionum divisio quae sunt aliis so-
lidum persequamur aliis vero non solidum sunt praeterea hic. Actionum
quibus non solidum persequimur Imp. in fine huius tit. 7. po-
nit sponsae. Prima est de peculio, de qua sup.
Secunda est actio de dote. Maritus non tenetur ex dote nisi
quod facere potest uti nec eius filii vel ~~[illegible]~~ socer. Item si
de dote hoc tit. iuncta l. rei indicatae cum sequentibus. et l.
et filius in illo A. soluto matrimonio. Et hoc idem obtinet quoque in
uxore eius socero et liberis ut sic nec hi ultra quam possint
teneantur ex donatione propter nuptias. Ratio autem hominum reveren-
tia et pietas quam illi sibi invicem debent quae non patitur ut
ita mutuo se emungant, quin adhuc vitae nostrae superint
dictis locis. Alium quoque casum Imp. in fine d. §. item si adfert
ubi licet maritus possit solidam dotem praestare tamen id facere
non tenetur si sic aliquas impensas in dotem fecerit hae non
ipso iure dotem minuunt. quod illegitimum est de impensis [illegible]
quae sic si factae non essent dos periisset. l. 1. cum seqq. A. de
impensis in res dotales factis. Modo tamen illae impensae
sint factae ad perpetuam rei utilitatem. Ea namque ad
perpetuam solum utilitatem spectant dotem non minuunt sed
cum fructibus compensantur, quod et in omnibus modis expensis
obtinet l. vel si vitae l. quae d. l. omnino cum seqq. Accid.
Utiles vero impensas in rem dotalem factas maritus tamen
prius deducit si cum voluntate mulieris factae fuerint
et aliunde ipsi mulier possit solvere. Et utilium eadem. Volu-
pitarias vero impensas v. g. picturas maritus ipse rem

sub tollere pt. si quidem si in commodo rei dotalis pariat. Aliquando
maritus eas perdit h voluntate mulieris factus l. pro vo-
luptariis ff. eod. iuncta l. unica §. sed C. de rei uxoriae act.

Tertia actio est in patronos et parentes hi n. non tenentur
quoque ultra quam possunt §. sed etsi quis hoc tit. esset n. ab-
surdum ab iis et alimenta extorquere quos in casu necessitatis
ipsi debeant alere sed ut legi si quis a liberis §. sed etsi ff. de
liberis agnoscendis. Disputant hic bb. an idem est
neque in actionibus adversus feudi patres spiritualis.

Praeceptores. quod h aequum et videatur cum tamen
nulla lege cautum sit, non facile est credendum.

Quarta actio est, in socijs, ubi alter alteri in id quod
potest tantum tenetur d. §. etsi. Ratio est quia societas ius
quoddam fraternitatis in se habet l. verum est mitio ff. pro
socio, unde clare colligitur et veris fratribus hoc be-
neficium dari. Idem bb. hic.

Quinta actio est in donatorem quod donatario et ex dona-
tione sua non ultra vires tenetur d. §. sed etsi inf. Ratio est
ne quis ex liberalitate sua ad extremam inopiam redi-
gatur l. ne ex liberalitate ff. de reiudicata.

Sexta actio est cui opponitur compensatio, qua similiter
minuitur actoris petitio ut solitum debitum non accipiat
§. compensationes hic et de hoc dictum supra.

Septima actio est cui obstat bonorum cessio §. f. hic ubi
dicit Imp. eum qui bonis cessit ex bonis postea quaesitis
non tenetur nisi in id quod facere pt. Cuius beneficij dat
ibidem rationem Imp. quando quibus, et in quem finem detur
videre est apud bb. hic.

Quod cum eo qui in aliena pote
negotium gestum esse dicetur

Titulus septimus

Tradit Imp. hoc tit. sex actiones quibus quis non suo sed
aliorum nomine quod in pote sua habet quenitur. Prima est
actio quod iussu quod datur in dominum aut patrem si servo vel filio
contrahere iusserint aut eorundem contractui subscripserint aut
et contractum sine suo iussu invitum postea ratum habuerint in tio
hoc tit. inducta l. i. C. hoc tit. ff. quod iussu.
Secunda actio est exercitoria, quod datur in exercitorem id est for-
minum navis ex contractu habito cum magistro navis sed
ipsius exercitoris fidem sunt secuti, ad quam et omne
exercitum navis spectat. l. i. ff. de exercitoria actione
Ex eo nomine quod quis cum aliis nautis non nomine magistro navis
contractus exercitor non tenetur d. to. §. i. Pone aut tenetur
exercitor si quid hi nautae in navi deliquerint. Debet si
quidem totius suae familiae dolum praestare ut dictum sup. de
obligationibus ex quasi delicto.

§. i. h. tit. quia contrahere non magistri

Tertia actio est institoria quod datur adversus illum qui
aliquem negotiorum praeposuit et quatenus et quamdiu praeposuit
qui ita praepositus dictus ideo institor est quia negotio gerendo
inducitur. institoria hoc tit. inducta l. toto tit. ff. de institoria
actione. Quae aut hic ponit an quidem exercitor navis et
omnes institores exercitoria et institoria actione tenetur ipsi
qui cum navis magistro aut institore contraxerunt ita vicissim
eosdem dictis actionibus. Hoc aut obligatos sunt Respondent

X. nrj quod nō, utj n. sunt iure ordinario. Si n. institor
et magister navis in eorū potē fuerit tunc ipse iure actio
ijs acquisita ē. Si nō fuerunt in eorū potestate tunc petere
illi pont ut sibi actiones ab ijs cedant. quod si forte ab
sint ut cedere nequeant vel nolint et sic exercitor et dnus
institoris rem suam servare amplius non possunt tunc de
mū ijs extra ordinē et in subsidiū succurrit ut agere et
sine sessione possint adversus eos q cū institore suo vel
magistro navis contraxerunt l. i. ff. de exercitoria actio
one et l. i. ff. de institoria.

Quarta actio est tributoria q datur ijs quicū servis in
merce peculiari contraxerunt dnis scientib. daturq in ipsos
dnos quibus illi servi quoq debent ut aequaliter inter se
et reliquos servos creditoris debita distribuant § intro
duxit quoq hoc tit. in ctotit. ff. de tributoria actione. Et
hinc dicta ē actio ista tributoria quia tribuat id dotri
buat debita servi inter extraneos eius creditores et ipsum
dnm.

Quinta actio ē de peculio q datur ijs quicū servis contrae
rant adversus dnos, quatenus ē in universos peculio sive
sciverint servos suos sive ignoraverint contrahere et
hic dnj illud habent beneficij, ut detrahant prius id q
sibi debetur § cū aut § ptereā § is quoq hic. Unde facile
colligitur q sit differentia inter actionē de peculio et
tributoriam.

Sexta actio est de in rem verso q datur ex contractu ser
vorū in dnos, quatenus in eorū rem quid versum fuerit
d § ptereā. Debet aut illud versum esse nrm ibidem
illud quidem est ut tm refundat dnus quanti ea res
servo contraxerit hz revera tanti non fuerit, tenetur

et bng si utiliter quid in rem suam servi impenderit sed nil
lud solum quanti ea res venerit fuerit non vero quanti servo
constiterit l. si res dno mitio iuncta l. 3. §. 1. et seq. ff. de in
rem verso. Post hec tradit Imp. cum actiones istae simul
quandoque competant debere videre eum qui vult agere ut ex iis
eligat talem qua plus possit consequi et ubi minus debeat pro
bare §. caeterum cum §. sequenti. hic. Tandem dicit Imp. quod de ser
verum ictibus dicta sunt eadem et in filiorumfam. obtine
re excepto eorundem mutuo ex hoc n. nec pater fam. te
net nec ipse filius fam. ob S. C. Macedon. §. poen. hic
ubi et hic rem dat Imp. in fine. Habetur locum in sola pecu
nia a filio fam. mutuo accepta non in frumento et simili
bus l. 3. §. is autem ff. ad S. C. Maced. ubi et eius datur
ro. quod verum est modo nihil in fraudem sc. fiat accipi
endo v. g. mutuo frumentum quod postea dividendat eius
pretium consumat ibid. §. finali hoc tit. dat Imp. eos qui
insertum et directo et principaliter ex aliorum contractu
teneri nulla sed facta eorum mentione qui ex illorum mandato
contraxerunt.

De Noxalibus Actionibus

Titulus 8.

Dictum est supra prox. tit. dari in aliquas actiones
ex aliorum non suis ictib. Sequitur nunc hoc tit. ex
quorum delictis alii tenentur qui ipsi nihil deliquerunt
dat autem initio dnos teneri ex delictis servorum pri
vatis tum n. privatorum delictorum exempla illi adfert.
Et est textus in terminis l. quis sit fugitivus §. qui aiunt
ff. de aedilitio edicto. Ro autem cur ex pub. criminib.

servorum bonj non teneantur est quia ibi cum poena pub. venia
ea solis servis infligitur. Condemnatur autem quis in his actio-
nib. noxalib. alternative, ut scilicet bonus aut solvat litis
aestimationem aut servum noxae dedat dicto initio, ratione ne
quis plus incommodi ex servo suo capiat quam commodi. Ibid.
in f. Et haec vera sunt si servi bono ignorante damnum
aliquod fecerint tunc n. horum petitione liberantur
quod si vero sciverint bonj servos damnum facere necesse
prohibuerint cum prohibere possent tales servum noxae
dedendo non liberantur, sed solitum damnum praestare cogunt
l. 2. et l. 3. ff. de noxalib. Neque hic aliquem movent
quod aliud pro alio invito creditori solvatur contra l. 2.
§. sed unde ff. de rebus creditis. Respondeo n. hanc regulam
ita debere explicari nisi ll. aliud pro alio certis
casib. solvere permittant l. miles §. 1. ff. de reiudicatis
ubi dicit Ulp. non esse absurdum ut aliud sit in obli-
gatione et aliud postea ex l. veniat in solutionem.
In quem vero bonum actio noxalis ex delicto ser-
vi detur dicit Imp. §. omnis autem hic. Licet sit quod dominus servus
est quando agi incipit non qui dominus fuit, quando delictum
est commissum. Et hoc verum est si ille dominus servum quoque possiden-
at, et eum exhibere possit l. noxalis ff. eod. hoc tit. alias
dabitur huic actio non in dominum sed in possidentem sive bona
sive mala fide servum possidentem l. non solum ff. eod. quod
si quis dominus dolo malo servum possidere desierit vel
cum adhuc possidet neget se possidere talis tenetur quidem
hac actione sed in solitum sine noxae deditione l. quo-
ties §. ptor ff. eod. Non dari actionem noxalem ei
qui ipse iam servus bonus est dicit Imp. §. si servus hic

et eius dat ro. Et has actiones noxales datas olim et
in filijs fam. et filiabus dot Imp. § f. hic. habebant
n. olim parentes eorum potestatem in filios vitae necisq
l. in suis ff. de liberis et posthumis. quae servitu-
tes nunc sunt sublatae p rem quam dat Imp. § hic.
Conveniunt q filij fam. ipsi ex suis debitis ibid.
iuncta l. noxali cum sequenti. ff. eod. Quitum si solvendo
non fuerint eorum et pater quaeniet quatenus fuerit in pe-
culio l. et si condemnatus ff. h. tit.

Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur.
Tit. 9.

Postquam Imp. tit. superiori docuit noxales actiones
dari in dnos ex delicto servorum, nunc hoc tit. dot
quod ijsdem actionibus noxalibus dni quoque teneantur ex
pauperie quadrupedum suorum. Vr pauperie quia animalia
bruta non consentiunt facere damnum iniuriam p. § i. hoc tit.
Et aut inscribatur haec actio si quadrupes pauperiem
utiliter tn dat et ex cuiusvis animalis et bipedis
pauperie l. poenam ff. eod. hoc tit. Debet aut. al nocuisse
contra naturam suam mitio hoc tit. unde sequitur si al naturam
ferum alicui nocuerit hanc actionem si quadrupes non
dat quia sic contra naturam suam nihil fecerit § denique
si versus hic. iuncta l. i. § in bestijs ff. hoc tit. vel
nec tum actio ista dat si quis ab equo v. g. angusta-
te onerato aut lacessito sit percussus id n. ijs naturale
est ut tunc aliquem offendant d. l. i. § i. et r. Et hinc
si al aliquod alterius segetes depascatur huic actio ista

nō dat sed alia de pastu pecorū l. qui seruandarū nisi
ff. de praescriptis verbis §. f. hoc tit. dēt Imp. aetilicia
actionē dari feræ bestiæ nomine alicui: addens ibid.
Propter actionē istam dictam de pauperie. quod illgndm ē de actio
ne utili et si dnus bestiam illam in sua pōte habuerit tunc
n. debere eam noxæ debet. Si vero bestia aufugerit tunc
actio de pauperie noxalis nullo modo dari pōt cū
potestatem nō habeat eius defen. le tendi nec amplius
eius dnus sit d. §. i. h. tit. quod aut subiungit ibid. Imp.
nunquam actiones poenales de eadem re concurrentes alia
ab alia gerunt id illgndm ē ea sz simul ab initio com
petere ut quisquam velit ex ijs possit eligere. Vna
vero electa altera ēo consumitur nisi in quantū ea plus
habuerit quam prior actio l. plura delicta ff. de obli
gationib. et actionib. loquitur hic Imp. de actio
nib. poenalibus q ex eod. facto oriuntur v. g. pauperie
vel furto. Si n. ex diversis factis plures actiones
poenales competant v. g. furto vel homicidio tunc ma
nifestata altera nō consumitur sed et intentari pt l.
nunquā plura ff. de privatis delictis.

De his per quos agere possumus

Cit 10.

Absoluta iam actionum mā dēt hoc tit. Imp. nō esse
opus ut actiones nostras ipsi coram iudicio intentemus
sed id fieri posse aliquando p alios. v. g. procu
ratores, tutores, curatores syndicos. Et illud
q tem de procuratorib. illgndm est in causis civilib.
in criminalib. n. ubi poena est sup. relegationē pro
curator nō admittitur l. poenalt. ff. de pub. criminib.

§. f. quales aut debent esse procuratores, et q. a munere
isto ff. nostris arceantur videre ex tit. ff. et C. de pro-
curatorib. quo aut procurator constituatur, dicit clare Imp.

De Satisdationibus.

Tit. ij.

Dicemus simpliciter procuratores ad causas alio-
rum suscipiendas admitti subiicit hunc tit. Imp. quo docet
eos non admitti nisi prius satisdent. Antequam aut veniat
ad satisdationem ipsorum procuratorum permittit quantum de
satisdatione ipsarum partium principalium. Dicit ergo
§. Sed hodie hic rationes hodie satisdare debere quam in iu-
dicio permanere velint usque ad finem litis, quod Imp. po-
stea etiam ad ipsos actores extendit auctoritate. quod ulterius C.
de Epis. et Cler. Est aut satisdare, datis fideiussoribus
aliquem securum reddere l. i. ff. quod satisdare coguntur. quae
talis datione liberati sunt primo quam bona possi-
dent immobilia l. secundum l. penul. ff. eod. Secundo
personae illustres licet nulla habeant bona immobilia ab his
non nisi iuratoria cautio exigitur l. poen. C. de dig-
nitatib. lib. ij. Clericis non tenentur nisi simplicem
promissionem facere. l. cum clericis §. i. C. de Epis. et
Cler. Post ista docet Imp. qualis satisdatio
incumbat ipsis procuratoribus. §. Sin aut hic ex quo
primo illustratur duobus casibus procuratorem nulla satis-
datione vitiare. Primus est si expressum habeat mandatum
ab ipso principali idque in scriptis actis insinuet.
Secundus si principalis coram iudice ipsum procu-

ratorem suum constituat. Extra hos duos casus omnino satisdare
procurator cogitur per rem §. finalis hic. Et quidem si pro-
curator sit actoris satisdat tum rem ratam bonum habiturum
si vero procurator sit rei satisdat iudicatum solvi. §. permult.
et ultimo hic. Tres autem haec satisdatio, Iudicatum
solvi, clausulas habet, quas innuit Imp. d. §. permult.
Prima est de defendendo reo. Secunda de futuro do-
lo. Tertia de solvendo id quod fuerit iudicatum, l. iudica-
tum ff. iudicatum solvi. Et hanc circa satisdationem
ita regulariter obtinent, est vero et casus ubi et quis
sine dotione ad causas pupillorum et adulterum l. ultimo de
defensionem C. de administrat. tutorum. Ratio singularita-
tis est, quia talibus ex necessitate Numeris sui incumbit
illos iudicio defendere. Tandem in fine huius tit. Imp.
se refert ad consuetudinem et usum fori. Est vero consuetudo
optima ll. Interpres l. si de interpretatione ff. de ll. tan-
tumque habet auctoritatem ut et ipsas ll. nonnunquam
abroget vel ex parte aliqua derogat modo sit
rationabilis l. de quib. ff. eod. Diuncto c. f. extra
de consuetudine. Legem autem hanc de satisdationibus
Imp. non solum Constantinopoli, ita Drakh. p.
servandum vult sed in aliis omnibus Imperii locis, d. §. f.
hic. Ubi per Regiam urbem Constantinopolim
illa ero debemus, a Constantino Imp. sic dictum
qui et istud Imperium Romanum ex Italia transtulerat
Unde nova Roma postea nuncupata est omnibus
praerogativis Veteris Romae donata l. omnes C. de
SS. Ecclesiis l. 4. C. de operib. publicis.

Sed haec

De hæredibus perpetuis et temporalibus actionibus et quæ ad hæredes et in hæredes transeunt.

Tit. 12.

Quas esse hujus tit. partes ipsa ejus inscriptio satis indicat. Prima parte dicit Imp. quamdiu durent hodie actiones. Quod sed ea quæ ex ll. Senatus consultis aut constitutionibus descendunt durent usque ad tempora ll. definita initio hic. Et vero tempus illud in actionib. in rem 10. et 20. annorum si res sit immobilis si vero mobilis fuerit trium annorum l. unica C. de usucapione transferenda et dictum sup. tit. de usucap. Actiones vero in personam durant usque ad 30. et 40. annos, ulterius autem non extenduntur l. sicut l. omnes C. de præscript. 30 vel 40. Quæ autem actiones ex ll. Senatusconsultis aut constitutionibus procedunt partim ex præcedentib. illustrat, partim vitere est apud bb. et in primis glossa hic. De actionib. vero prætoriis pergit Imp. dicere eas plerumque ultra annum non extendi dicto initio hic. iuncta l. in honorariis ff. de obligat. et actionib. Ubi ejus quoque dat rationem quia sed hæc prætoris munus ultra annum durabat. Dicit autem Imp. plerumque sunt aliquæ et actiones prætoriæ quæ tanto tempore durant utique civiles et primo quidem est actio furti manifesti. dicto initio hic, sed sunt omnes istæ actiones quibus non poenam, sed rem persequimur ut est possessoria hereditatis petitio actio publiciana ex dicto loco iuncta l. in honorariis.

Quod verum est nisi illae actiones praetoriae introductae essent
contra ius Cir. ut est actio rescissoria, revocatoria, reddi-
toria; tales n. sunt rei persecutoriae sive tamen ultra annum non ex-
tendunt d. l. in honorarijs circa finem. Quod autem dicit
Imp. actiones praetorias plerumque esse annales id ita
intelligendum est, quod sub anni tempus competat ut quis eas
intentat quo tempore elapso excluditur ab intentione actio-
nis. Quod si vero quis actionem praetoriam intra annum iam
intentaverit tunc ea ita intentata perpetuo durat.
Et haec est regula illa actiones omnes sub prius anna-
les fieri tamen tamen perpetuas simul atque in iudicium fue-
rint deductae s. poenales hoc tit. iuncta l. omnes actiones
ff. de R. I. Quae regula vera est generaliter regulari-
ter in actionib. Excipiuntur n. quaedam ut actio de dolo
quae biennio terminari debet d. l. f. C. de dolo malo.
Imo quidem postea statuit Imp. ut omnis actio Civilis
a lite contestata triennio absolvetur, Criminalis vero
biennio l. properandum initio C. de Iudicijs.
Altera parte huius tit. docet Imp. quae actiones haeredibus dentur
et in haeredib. Ubi duae ponunt constitui regulae. Prima
est ex maleficijs poenales actiones haeredibus dari sed
non in haeredes s. l. non autem omnes hoc tit. Ratio est quia poe-
na non debet esse ubi nullum est delictum haeredes vero nihil
deliquerunt l. hanc vim C. de poenis. Dico ex maleficijs
poenales primo quia ex maleficijs rei persecutoriae
actiones sunt in haeredes transeunt quatenus sub ad
eos pervenit vel dolo fecerit quo minus perveniret
l. unica C. ex delicto defunctorum l. 1. ff. de privatis
delictis. Ratio est sub n. morte delinquentis delictum sit extinctum

quenit tn ut turpia eorum lucra ab hæredib. extorquatur
ne ex aliorum scelere ditentur l. ni hæredem ff. de calum-
niatorib. et d. l. unica. In sola condictione fur-
tiua id est singulare ut ea quoque hæres tenentur si
nihil ad eum ex furto deuenerit l. ni condictione
ff. de condictione furtiua. Secundo quia actiones
poenales ex quentione quoque in hæredes dantur l. ultra
ff. de nautico fœnore. Cuius hæc est ratio, quia poe-
na ista tunc non uenit ex maleficio sed contractu. Stati-
tur autem hæc regula unam maxime exceptionem, quæ est si
cum defuncto lis fuerit contestata, tunc enim et ex
maleficijs poenales actiones in hæredem transeunt
l. poenales hic. iuncta l. poenalia ff. de R. J. et l. omnes
poenales ff. de actionib. et obligationib. Ratio est
quia tunc non tam ex maleficio tenetur quam ex contra-
ctu per litis contestationem quasi ni uito l. 3. §. idem
scribit. ff. de penulis. Illud autem quod dicitur lite con-
testata actiones poenales ex maleficijs in hære-
dem transire uerum est in priuatis delictis.
Actiones n. poenales in iudicijs pub. lite con-
testata tamen in hæredem non transeunt ut est v. g.
lex Corn. de sicarijs. crimen falsi. l. poen.
et ultra C. si reg. uel accusator. Unde tamen quæ
crimina pub. excipiuntur quæ est in hæredem tran-
seunt ut læsæ Maiestatis hæreseos repetun-
dar. p. de quib. ij. lit. ultro. Quod autem dictum
est supra actiones poenales dar. hæredib. illud fal-
lit in actione iniuriar. hæc n. hæredib. non datur d.
l. non aut. Ratio est tunc quia turiturnitate sua de-

functus censetur iniuriam remisisse l. ultima C. de revocandis
donationib. Tunc quia actio iniuriarum in bonis no-
stris esse non dicitur nisi lite contestata, nec ideo haeres
ea agere potest quia sed nihil illi ex rebus suis abiit
l. iniuriarum 28. ff. de iniuriis. Actiones autem similes
actioni iniuriarum quae similiter haeredib. non dentur videre
est apud gloss. verbis, iniuriam actione. Secunda regula
est actiones ex contractib. dari haeredib. et in haeredes
et quidem in solidum l. ex contract. ff. de oblig. et actio-
nib. Habetur autem et haec regula unam exceptionem quam-
de, videlicet dolus venit in contractum bonae fidei illius
contractui causam principalem dedit vel si in hoc ipso
ut venderet circumscriptus est alias non venditurus hoc
in casu ex dolo defuncti ita contrahentis haeredes tenentur
non in solidum, sed solummodo in quantum ad eos pervenit l. ad
ea in fine. l. hoc iure in fine ff. de R. I., et de istis in-
telligendus est §. aliquando hoc tit. Ratio horum est
quia tales contractus bonae fidei quibus dolus causam dedit
sunt ipso iure nulli l. et elegantiori initio ff. de dolo
malo iuncta l. 3. in f. ff. pro socio. Superest quod sola actio
de dolo quae tamquam famosa in haeredes non datur nisi in quan-
tum ad eos ex dolo defuncti pervenit quantum dictum est
supra de actionib. ex maleficiis l. si plures in f.
l. si haeredes cum ll. sequentib. ff. de dolo malo. Et
hinc sequitur si dolus venerit in contractum incidenter tamen
id si venditurus aliquid rem in eo circumscriptus est
ut minoris vendat, tunc cum dolus ille purgandus
veniat ex ipso iudicio quod hoc casu subsistit, revera et
haeredes ex eo tenebuntur in solidum, non in illud solum

quod ad eos pervenerit l. Julianus §. si venditor ff. de actionib. emptionis. iuncta d. l. ex quo etiam Candenos. fin. hic dicit Imp. eam iudicia esse absolutoria si quis sed ante sententiam actori satisfaciat illud quod debebat restituendo. Sed autem tunc restituere quando simul cum omni causa reddit quam actor habiturus erat statim iudicii accepti tempore quo ad fructus sed et usucapiendi conditione. l. restituere ff. de verborum significatione. Unde debet quoque litis impensas persolvere si temere litigaverit l. properandum C. de Iudiciis. Quod autem dicit Imp. eum qui solvit ante sententiam absolvi id illud est quo ad instantiam litis. Ab ipsa enim causa iam liberatus est per solutionem, sed dictum supra quibus modis tollatur obligatio.

De Exceptionibus.

Ch. 13.

Cum iam dixerit hactenus Imp. de iure quod quaerit actoribus transit nunc ad iura quae vice versa quaerunt reis. Et sunt exceptiones in quibus nullum est positum, nihil enim nec effectu interest an actor nullam eam actionem habeat, an eam quae per exceptionem infirmetur l. nihil interest ff. de R. J. Et hinc dicta est exceptio, quae sit quasi quaedam exclusio eorum quae actor in iudicium deduxit l. 2. ff. de exceptionibus. Quod quomodo sit illud ex seqq. notius reddetur, et in primis quidem ex ipsa exceptionis definitione quam tradit Paulus l. exceptio 22. ff. eod. Exceptionem sed esse con-

ditionem quae modo eximit reum a damnatione, modo minuit damnationem. Supplices siquidem sunt exceptiones aliae quae omnino excludunt actorem aliae quae tantum ex parte quatenus sed facere reus non potest, et de his dictum est sup. §. sunt praeterea de actionib. Earum autem exceptionum quae omnino actorem excludunt Cuiac. hoc tit. tradit septem species.

Prima est exceptio quae metus causa, sed non actoris iuncta sit actio quatenus sed ea in se consideratur: contractus non vere intercessit: iniuncta tamen est ratione personae cui inhibentur ob certam aliquam qualitatem V. g. metus qui in istum contractum venit. Et hinc reo datur exceptio ista quae metus causa initio hoc tit. quando autem haec exceptio ista quae metus causa, actori opponi potest illatur ex iis quae dicta sunt sup. §. quadrupli de actionib. ea tamen non obtinent in exceptione metus qui in eiusdem actione.

Secunda est, exceptio de dolo quae datur reo, qui ab actore deceptus est in contractu d. initio hic. Et hic quoque actio iuncta in se est dolus non contractum illum non annullat. Quod illud dicendum est si dolus venerit incidenter in contractum bonae fidei vel principaliter in contractum stricti iuris, tunc enim hi contractus subsistunt l. si quis cum aliter ff. de verborum obligationib. iuncta d. Wurlianus §. Si venditor. Alias contractus bonae fidei in quo principaliter dolus venit non valere et consequenter actionem ex iis non nasci dictum iam supra tit. superiori.

Tertia exceptio est in factum quae competit primo reo ob errorem qui in contractum venit d. initio hic. Sed datur

eos qui dolum quidem commiserunt nec tamen ob reuerentiam cum
eis de dolo agi potest. Vt v. g. parentib. patronis l. apud
Celsum §. aduersus ff. de doli mali exceptione.
Quarta exceptio est, non numerata pecunia quam
rei non obstante confessione propria opponit actori quod
pecuniam speratam non numerauerit §. i. hic. et de hac ex-
ceptione dictum est sup. tit. de literarum obligationibus.
Quinta exceptio est pacti de non petendo de quo Imp.
§. Praeterea hic ubi notandum quod est quod rei non obstante hoc
pacto manserit ciuiliter obligatus. pactum n. solam ob-
ligationem naturalem potest tollere l. si unus §. pactus ff.
de pactis iuncta l. creditori C. eod. Cum naturalia non nisi
a naturalib. tollantur ut nec ciuilia nisi a ciuilib. §. f.
sup. de legitima tutela agnatorum. Et hoc est quod dicit
Imp. d. §. Praeterea pacto obligationes non omnino
dissolui id tamen quod ad naturalem obligationem non vero ciuilem.
Quod verum est si prior obligatio naturalis et ciuilis
fuerit. Si n. prior naturalis tantum fuerit ex nudo
sed pacto tunc certum est pacto posteriori eam omnino tolli
l. Stichum §. naturalis ff. de solutionib. cum nihil sit tam naturale
quam quomodo quid contractum est, eod. et rursus dis-
soluatur l. nihil tam naturale §. de R. Iuris.
Sexta exceptio est, iuris iurandi debitori a creditore
relati. de quo Imp. §. aeque hic. Et hoc ipsum
quod in iurandum cum tantum tollat naturalem obligationem d. l.
Stichum §. naturalis recte dicit hic Imp. cum qui iurauit
adhuc obligatum manere ciuiliter sed. Et hinc cre-
ditori competit actio.

Septima

Septima exceptio est rei iudicatae de qua Imp. §. item
si hic. Dicitur autem res iudicata quae finem controver-
siae per iudicis sententiam accepit. Tollit vero talis sententia
obligationem civilem tantum, quia sed et ipsa civilis est per rationem
dictam sup. Cum ergo hic remaneat tantum naturalis obligatio
secundum legem Iuliam ff. de condictione indebiti sequitur
hoc casu et ex sola obligatione naturali actionem nasci.
Quod fit ratione civilis obligationis quae ab initio semel
cum illa consistit. Unde multa adhuc conservari possunt quoad
certum aliquem effectum licet in eum statum venerint, unde non potest
esset incipere ut v. g. Collegium, Universitas, ni uno
et conservantur licet ab uno non possint incipere l. Heraclius
ff. de verborum obligationibus significantibus. l. sicut ii. l. quae
cuiusque universitatis nomine. Post ista venit Imp. ad
divisionem exceptionum, quae sed aliae sunt perpetuae aliae
temporales §. appellantur autem hic. Et quidem perpetua
quae dicuntur et quae sint patet clare ex ipso Imp. ibid.
et ex septem iam dictis speciebus quae omnes ad illud pri-
mum membrum divisionis spectant. Ubi notandum est
adeo eas perpetuas esse, ut nullo plane tempore extinguantur
ne quidem 30. annorum. l. si pactum et ibi l. 6. C. h. tit.
Dicunt autem hae exceptiones a reo quandocumque modo ante
sententiam l. peremptorias C. sententiam rescindi non posse
et l. praescriptionem C. h. tit. Dilatoriae exceptiones et
temporales in duplici sunt differentia, aliae non differunt
iudicium ut est exceptio fori competentis, quae quidem non
sit sua iudex aut personae procuratoris, quae sed nullum ha-
beat mandatum aut non possit esse procurator, aut talis
sit causa quae recipiat minus procuratorem, ut v. g. criminalis

Aliae n° differunt solutione ut exceptio pacti de non petendo ante certum tempus. de quibus Imp. §. temporalis et §. Apterea hic. Et hae exceptiones dilatoriae opponi debent ante litis contestationem l. f. C. eod. quae autem poena sit eorum qui citius debitum petunt quam debeatur dicit Imp. §. hodie, autem de quo dictum quoque sup. est tit. de actionib. quod autem in fine huius tit. dicit Imp. procuratori exceptionem infamiae non obstare id illud est de iure Civili. Iure n. Can. exceptio haec infamiae procuratoribus adhuc obstat c. 1° et 4. Caa. 3. q. 7. Cuius illud Canonistae sub distinctione adhuc solent accipere. Et haec de procuratoribus. Advocati n. infames et iure Civ. a Iudiciis arcentur, nisi in certis causis v. g. pro patrono l. 1. §. hoc edicto. ff. de postulando. Ratio differentiae illa est quia Advocati munus dignitas est, a quo legis providendum initio C. de postulando ff. de dignitate n° infames arcentur l. 4. C. de dignitatib. lib. 12. /.

De Replicationibus
Titulus 14. /.

Quemadmodum Reus opponit actori exceptionem ita rursus actor exceptioni rei opponere potest replicationem l. 2. ff. de exceptionib. et hinc sequitur hic tit. de replicationib. Qui replicationi actoris reus potest rursus opponere dupplicationem. Et hanc dupplicationem rei actor rursus elidere potest triplicationem. Et hic deinceps singulae causae desiderant initio hic iuncta d. l. 2. Tandem §. finali hic subiungit Imp. aliam quandam exceptionum divisionem.

Alia n. nō debitor tm̄ dantz sed et fideiussorib. quae ob id
dicuntz realis quia rei et cāe nō verō personae coheren-
ant. Ut sunt exceptiones pacti de non petendo doli
mali rei iudicatae q. metus cāa S. C. Vell. Macedonian.
d. to iuncta l. exceptiones q. personae ff. de exceptionib.
Ubi tm̄ de pacto nō petendi illud notandū ē, id verum
esse modo ita factū sit a debitore ne amplius petatur
debitū. Si n. debitor ita factus sit ne tm̄ debitum
petatur, tunc nihilominus illud a fideiussore peti po-
terit l. nisi hoc actum ff. de pactis. Rō ē quia hoc ca-
su pactū illud ē personale. quae tm̄ lex gōe sit acci-
pienda et an adhuc hodie obtineat suis locis illegit.
Alia n. exceptiones tm̄ competunt reo principali non
et fideiussorib. quae ob id dicuntz personales q.
ob certam personam competent, et sic eam personam
egredi non possunt. Ut sunt exceptiones q. dantz alicui
quia sit socius parens, parens, patronus, Ma-
ritus, vel quia bonis cesserit, vel quia fuerit mi-
nor, horum n. fideiussores nihilominus in solidū co-
nveniuntz d. l. exceptiones iuncto s. f. hic. Ubi de
minorib. id ita accipiendū ē si lubrico aetatis
nō dolo adversarii reipsa minores laesi ex contractu
fuerint, tunc ne ijs beneficium restitutionis in integrum
solis protest, nō n. fideiussorib. d. l. exceptio-
nes in f. iuncta l. in cāe i. ff. de minorib. Si n.
minores dolo eius cū quo contraxerunt laesi sunt tunc
nō ijs modo sed et fideiussorib. minor. exceptio
proderit l. f. C. de fideiussorib. minorum. Rō
ē quia hoc casu exceptio ista ex dolo contrahentis
realis ē ut dictum cap. 1.

De Interdictis.

Tit. 15.

Venit posthaec oia Imp. ad interdicta q̄ ꝫ actiones non sint, in multis tn̄ et mxē quo ad effectū cū ijs gueniunt, unde et saepe actiones dicuntur ut l. peculiae §. actionis ff. de verbor. signoib. l. actionis ff. de obligoib. et actionib. In quib. n° interdicta, ab actionib. differunt q̄ ꝫ actiones mxē dentur ad proprietatem interdicta n° potissimū ad possessionē q̄ actiones solū dentur ad res privatas, interdicta n° et quo ad pub. q̄ in actionib. Index dari soleat, q̄ de cōa inter litigatores cognosceret, in interdictis n° ipse ꝓtor inter litigatores quid fieri vel nō fieri debeat decernat q̄ bē in interdictis alia sit ordo, alia solennitas Cū executio quam in actionib. haec oia interest apud Ꝓb. et mxē recentiores hic. Et colligere inprimis ē, ex ipso Imp. hoc tit. Sicut aut statim initio Imp. interdicta ee formas atq̄ verborū cōceptiones quibus ꝓtor aliquid fieri iubet aut vetat circa possessionē vel quasi. Unde illigitur nō inde interdicta dici quasi semper interdicant §. 1. hic. Tres n. interdictorū sunt spēs, alia sunt prohibitoria alia restitutoria, alia exhibitoria. d. to. prohibitoriorū interdictorū Imp. quatuor spēs adfert. Prima est interdictum, ne vis fiat ei ꝫ q̄ per decretū Iudicis in possessionē est missus, talis n. dr̄ iniste et sine vitio possidere, qui ꝓtore Authore possidet §. 1. hoc tit. iuncta l. 1. et toto tit. ff. ne in

fiat, et l. iuncte ff. de acquirenda vel omittenda possessione.
Nec in hoc interdicto vis semper requiritur sed sufficit et dolus
malus d. l. i. quomodocunque autem quis alium vel vi vel dolo
deiecerit vel impetierit, ut fundum suum ingredi non possit
tenetur hoc interdicto in illud quod alterius interfuit non fuisse
se deiectum vel impetitum d. to.

Secunda species interdictum de mortuo inferendo quoque is
tenetur qui prohibet mortuum inferre vel sepulchrum fieri
vel refici, de quo est integer tit. ff. de mortuo inferendo.
Et attingit imp. d. §. i. hic. Et hoc interdictum simul cum
possessione et causam proprietatis continet l. sunt personae
ff. de religiosis et sumptib. funerum l. 2. §. quantum ff.
de interdictis. Et hinc dicit imp. d. §. i. mortuum
inferenti quo ei ius erat inferendi iure scilicet pro-
prietatis et domini illud non solum hic spectamus. Et est
tantus favor funerum ut dominus proprietatis adversus
usufructuarium hoc interdictum possit intentare ne impe-
diatur in mortuo inferendo d. l. sunt personae. Licet et
talis bonus invito usufructuario in istud inferendi mor-
tuum non habeat ibid. iuncto §. religiosum sup. de rerum
divisione. Ratio huius singularis iuris duplex datur d.
l. sunt personae in f. dum ne insepulta cadavera ia-
cerent, tunc quia hic versamur in causa religionis
cuius favore stricti iuris rationes considerari non solent
ibid. Ne tamen huic usufructuario sic fiat iniuria,
datur ei hoc casu actio in factum contra proprietarium,
ut scilicet aut ipsum locum ipsi det, aut quem mortuum intulit
cursus efferat l. 12. qui intulit ff. de religiosis.

Tertia species est, ne quid in to sacro aedificetur d. §.

i. de quo integer tit. ff. ne quid in lo sacro. nō aut
prohibetur tm hoc edicto ne quid ibi fiat sed etsi quid
factum fuerit ut rursus auferatur idque propter religionem
tecte vlp. l. Ista §. locorum. ff. ne quid in lo vel itinere
pub. Hoc pro rebus sacris tm hoc interdictum datur
sed et pro sanctis ne sit quis aliquid in muris civi-
tatis aedificet l. 4. ff. ne quid in lo sacro. Et datur
hoc interdictum cuivis de populo l. si quis in hoc. C.
de Epis. et Clericis. Rb est quia iuris publici
tuendi causa dantur nō ob interesse privatum tm.

Quarta species est interdictum ne quid in flumine
pub. vel ripa eius fiat quo peius navigetur vel aliter
aqua fluat quam priori aestate fluxerit d. §. 1.
hic. Et de hoc interdicto duos tit. hemus. A. Vnum
de fluminibus. Alterum ne quid in flumine. Potest
aut huic interdicto exceptio ista opponi quod quis
agri sui tuendi causa aliquem aggerem in ripa fluminis
posuerit qua exceptione ab isto interdicto absolvitur
si fluminis cursum nō nihil immutaverit. quae tamen exce-
ptio an admitti debeat id pro iuris est aestimare l. unica
§. sunt qui putant. ff. ne quid in flumine pub. Com-
petit aut et hoc interdictum cuivis de populo d. l. uni-
ca §. interdictum. Venit hinc Imp. ad interdicta re-
stitutoria, quorum duas ponit species. Prima est inter-
dictum quorum bonorum duas ponit. Secunda interdi-
ctum unde vi d. §. 1. hic. et de his duabus speciebus paulo
post dicetur. Exhibitoriorum interdictorum
Imp. tres ponit species.

Restitutoria interdictorum sunt species

Prima est Interdictum de libero hoc exhibendo, quod datur adversus eum qui hominem liberum dolo malo et nullo iure retinet d. §. 1. verbo exhibitoria. Dico dolo malo, et nullo iure quia pater filium in potestate habens hoc interdicto non tenetur quia sic iure suo utitur. Ubi nec is hoc interdicto tenetur qui hominem ab hostib. redemptum retinet dum pretium refundatur, quia sic dolus malus abest. l. 1. et 3. ff. de libero hoc exhibendo. Oportet quoque hominem in dubitatione liberum esse ut hoc interdictum detur. quod si quo de eius statu dubitabitur, huic interdicto locus non erit d. l. 3. §. plane hoc tit. Neque tamen ei hoc interdictum datur cuius interest hominem liberum exhiberi sed cuivis de populo idque perpetuo in favorem libertatis. Ut si plures simul agere velint ex quis eligatur magis idoneus. Postquam unus vero iam agere coeperit reliqui omnes excludantur. Nisi prior cognoscatur praevaricari et mala fide agere d. l. 3. §. hoc interdictum §. si tamen et §. f. Et propter hoc interdictum dari quoque actionem fabiam de plagiariis contra eos qui liberos homines detinent, dicetur in tit. ultimo d. pr.

Secunda species est interdictum de libertis exhibendis daturque patronis contra eos qui detinent libertos suos, ut eos exhibeant, idque propter operas quas patronis suis debent d. §. 1. hic iuncto tit. ff. de operis libertorum.

Tertia species est interdictum de liberis exhibendis quod datur parentibus ad exhibendos liberos in potestate, qui ab aliis detinentur, quacunque et causa detineant. Nisi fili detineantur a matrefamilias ex causa iustissima. Huic non tamen adversus patrem hoc interdicto agentem

Praetor exceptionem dat d. §. i. hic l. i. et toto tit. ff. de liberis
exhibendis. Saturq hoc interdictum et marito ad exhibendam 142
sibi uxorem contra socerum, qui filium in potestate habet l. 2. ff.
eod. Et ex hac interdicto ut liberi exhibeantur aliud inter-
dictum resultat de liberis ducendis de quo Ulp. l. 3. ff.
eod. Atq hoc etiam ita patri sunt concessa iure patriae
potestatis, quod et hinc est probandum d. to. Nec tamen hinc
patriae potestati tantum iura excedere voluerunt, ut et patri
liceat agere ad filiam iam nuptam exhibendam vel duce-
tam l. l. i. §. f. Ubi hoc datur ratio ne bene concordantia matrim-
monia iure patriae potestatis turpentur. Ex qua ratione colligitur
si matrimonio per patris interdictum nihil praeiudicetur, tunc
illud actum competere patri. Id non solum iura volunt
ne acerbe patres patriam potestatem exerceant id sine
matrimonii praeiudicio. d. §. f. Et hactenus de i. interdictorum
divisione, Venio nunc ad Sanctum, quod sed interdicta
alia adipiscendae possessionis gratia sint comparata
alia retinendae, alia recuperandae, de quibus Imp. §. se-
quens hic. Ubi neminem moveat quod dicit Ulp. l. i. §.
est igitur ff. uti possidetis, verum sed possessionis quaestio-
nem versari aut in ea restituenda aut retinenda. Late
non ibi nomen restitui ponitur, Ut sed non ea tantum includat
quae semel sunt omissa sed ea quae quoque nunquam nobis adhuc
sunt quaesita secundum glossam ibi verbis nobis restituatur.
Interdictorum autem adipiscendae possessionis Imp.
hic duas ponit species. Prima est interdictum
quorum bonorum. Quod datur illi cui bonorum possessio
ex edicto praetoris competit adversus eum qui pro ha-
rede vel possessore possidet. d. §. sequens iuncto tot

tit. ff. quorum bonorum. Ubi notandum est hoc interdicto peti
ut res ipsae tradantur. Ius n. successionis ex edicto praetoris
est consecutum. Ubi dicitur l. i. C. quorum bonorum. quis autem pro hac
rede, et quis pro possessore possideat dicit imp. ipse d. s. sequens.
Secunda spes est interdictum Salvianum, quod datur bono ad
res Coloni, quae sibi pignori sunt constitutae pro mercede lo-
cationis. §. interdum hic. et tot. tit. ff. de Salviano interdicto.
Datur autem hoc interdictum creditori adversus ipsum conductorem
tantum non vero adversus eos qui a conductore res tales emerunt.
Quod et hi utili interdicto tenentur l. i. C. de praecario et Sal-
viano interdicto l. i. ff. de Salv. interdicto. Et in hoc differ-
fert primo hoc interdictum ab actione Serviana, datur
n. haec non in ipsum conductorem tantum, sed adversus omnes rerum
in fundum illatarum possessores l. 2. C. si unus ex pluribus
heredibus. Secunda differentia est quod in actione Serviana debeat
creditor probare rem illatam fuisse debitoris l. et quae
nondum §. 7. ff. de pignoribus. In hoc vero interdicto nostro
nihil amplius opus est probare creditori quam quod
debitor res invexerit, et possederit. Unde colligitur
hac parte multo esse melius intentare hoc interdictum
quam actionem Serviana cum leviores multo sint ha-
beat probationes de quo lib. late. §. item Serviana
supra de actionibus. Interdictorum retinendae possessionis
Imp. duas similiter ponit species interdictum uti possidetis
et interdictum utrobi. §. retinendae hic. Ubi pulchra datur
ratio cur hac interdicta tenentur, antequam de proprietate liti-
getur. Debet n. constare prius de possessore ut detur actio
in rem quae sequitur datur nisi contra possessorem ut dictum sup-
plit de actionibus. Interest autem multum ut quis interdicto

possessionem eviniat hoc n. ipso securus est manens in ea
dum alius eviniat proprietatem §. conventus hic. quod verum est
etsi possessor ille nullam causam possit dare cur ea res sua
sit l. f. C. de rei vindicatione. Hoc n. ipso quod possessorem
plus iuris habet quam ille qui non possidet l. 2. ff. ut
possidetis. Et hinc possessori iura actionem non determinat
sufficit n. illi quod possidet l. 1. §. retinendae ff. eod.
Interdictum uti possidetis datur illi qui interdicti tempore nec
vi nec clam, nec precario ab adversario suo cui illud
interdictum intentat possidebat §. quorum hic. Vico ab
adversario, quia si alio vi vel clam, vel precario posse-
derit, nihilominus adhuc illi hoc interdictum datur d. to iun-
cta l. 1. in f. ff. d. tit. Iuncta n. an iniuncta sit adversus
caeteros possessio nihil interest possessio nihil interest
modo iuncta sit ratione sui adversarii d. to iuncta l. 1. ff. eod.
Quis dicatur vi possidere satis ex ipsis verbis patet et
vitari potest lex, vim facit. ff. de vi et vi armata. Clam
possidet ille qui furtive ingressus est possessionem vel qui
celat adversarium neque ei denunciat, quia timet sibi ab
eo fore controversiam l. clam ff. de aqua. vel amittenda
possess. l. 3. §. 1. ff. quod vi et aut clam. Precario aut
possidet qui quid ab aliquo utendum accepit, quamdiu
ille gratis fuerit passus. l. 1. et 2. ff. de precario. Et hi
tres sunt modi quibus quis non legitime sed cum vitio
possidere dicitur. Et aut hoc interdictum retinendae posses-
sionis detur, nihil interest an quis civiliter possideat
actio sit et iuris civilis interpretatione, ut si v. g. quis
ad nundinas profectus nomine domi relinquat, d. l.

clam §. qui ad nundinas, vel si quis per procuratorem
Colonum, Ingenuum, Vasallum, Creditorem, Servum &c. pos-
sideat. Civiliter non possidere dicitur is cuius nomine possi-
detur l. quatenus ff. de admittenda vel acquirenda poss. An vero
possessor naturaliter possideat corpore scilicet rei insistendo eo
animo ut eum possideat l. naturaliter initio ff. eod. et sic possi-
det usufructuarius Vasallus et similes. Hoc ad utramque
hanc possessionem tantum hoc interdictum valet sed utiliter quoque
ad quasi possessionem rerum scilicet incorporalium actionum etiam
Ut v. g. quis retineatur in iure percipiendi decimas
exercendae iurisdictionis inventione et similibus l. sicut
§. aristo ff. si servitus vindicetur iuncto c. extra de probatione
quod si vero quis nec naturaliter nec civiliter rem possederit
sed detinuerit tantum, Ut v. g. si quis in possessionem sit missus
sed alicuius rei servandae vel custodiendae causa, tali hoc
interdictum negatur l. si duo §. creditores ff. uti possidetis.
Quid si autem quis ipse in possessione non fuerit sed haeres
sit alicuius qui possessionem habuit, an tali turbato hoc
interdictum dabitur? Verius est quod non datur n. hoc inter-
dictum illi solummodo qui ipse prius in possessione fuit. Cum haer-
redem vero adita haereditate omnia iura transeant non
tamen transit possessio quam eum oportet naturaliter deprehen-
dere l. cum haeredes initio ff. de acquir. vel amittend.
Datur autem hoc interdictum turbato in possessione ad-
versus turbatorem intra annum, quo primum experiendi
potestas fuit in illud quod eius interim possessionem re-
tinuisse, nec in ea esse turbatum l. i. et pro ult. in f. ff. uti
possidetis. Imo et cautionem praestare turbatori debet

de nō amplius in posterū turbando l. unica et ibi bb. C.
eod. iuncto d. c. 3 in fine extra de proboibus. quid si
autem quis ipse aliū nō turbauerit, sed id curauerit
fieri per aliū an talis interdicto tenebitur? Dicimus
utrumque hoc interdicto teneri, tunc quidem qui turbauit
directo: illū vero qui mandauit utili l. is qui §. si tutor
res. l. aut qui aliter. §. haec verba. ff. quod vi
aut clam. An vero si quis sit turbatus ab alterius seruo
vel filiosam. hoc nōie et interdictū hoc dicitur adversus
dominum vel patrem qui nihil iis mandarunt? Dicimus quod nō.
Debet tū hic officio iud. patientiam turbato praestare ad
opus ab iis factū rursus demoliendū, et quod sumptus in
hunc rem facere. l. f. ff. de interdictis.
Altera species interdictorum retinendae possessionis est inter
dictū utrobi, de quo §. retinendae hic iuncto tit. ff. rerum
utrobi. Et differt hoc interdictū a superiori interdicto
uti possidetis. quoniam et potissimum quia dicitur illi tm qui
turbatus est in possessione rei mobilis dictis locis. Ita alias
vero cū interdicto uti possidetis quoniam et potissimum
in illo qui utrumque dicitur illi qui tempore litis qui lectatae
in possessione fuerit d. §. quorum in fine et l. unica ff.
utrobi. Circa utrumque autem hoc interdictū illud bene
est notandū, non ea tunc competere tm quando
unus possidet et ab altero turbatur qui non possidet
sed et quando uterque possidet, et alter ab altero in
sua possessione turbatur. Ut v. g. si alter naturaliter
possideat vasellus sed alter ciuiliter ut ex fundi.
quo casu Rector ita pronunciare solet uti possidetis
ita possideatis, unus sed ciuiliter, alter naturaliter et sic

diverso modo. Quod si aut eod. modo uterq. se dicat possidere et ijq. possessionem probet, tunc ille hoc interdicto vincet, qui antiquiorem possessionem legitime probavit. d. c. 3 extra de probationibus. quomodo aut possidere quis dicatur non est per se solum, sed et per alios suo nomine. quod et solo animo retinere possessio possit, non vero eam solo animo adipisci debet clarissime Imp. §. possidere hic. Circa quod notandum est ad adipiscendam possessionem requiri, ut quis animo cum corpore possideat, ad retinendam vero sufficere si quis et animo solo possideat. quemadmodum et admittendam possessionem sufficit si quis solo animo desinat possidere l. 3. C. de acqr. Et retinenda poss. l. 3. §. in amittenda l. si quis in §. differentia A. eod. iuncto d. §. possidere hic. post hoc venit Imp. ad interdicta recuperandae possessionis §. recuperandae hic. Adfert aut horum interdictorum unam speciem 3 interdictum Unde vi quod illi datur qui vi ab aliquo deiectus est. Restituenda n. tali est possessio non obstante quod eundem prius ipse vi deiecerit d. to. spoliatus namque ad omnia restituendus est 3 et sit 6 to. c. in literis in §. extra de restitut. spoliatorum. Ratio est interesse reipub. ut violentijs succurratur, nec quis sibimet ipsi in causa proxima Judex sit sed si quod Jus. se habere putat id Judicis auctoritate reciperet. Et hoc olim non ita simpliciter vera fuisse sed de vi pub. et armata tantum tectantur recentiores hic. Si quis non deiectus esset vi privata tantum et sine armis hoc interdicto nihil obtinebat si deiecientem illum prius ipse quoque deiecerit,

Ut videre est ad longum in oratione Cic. pro Aula Cecinna
Rō diversitatis erat quia magis odiosa ē vis armata 145
quam sine armis ut j. patebit tit. ult. de pub. Judiciis.
Dubitari autem hic potest quomodo deijcere non liceat eum a quo
quis deiectus ē cum iura nostra vim vi repellere gestant l.
ut vim. ff. de Just. et iure. Debet autem id fieri cum moderatione
inculpatae tutelae et incontinenti, quando vis
ē sibi illata. Non vero post aliquod intervallum l. i. C.
unde vi et l. 3. §. cum igitur ff. de vi et vi armata. Debet
autem incontinenti vim vi repellere: qui semel atque vis
facta est statim ad eam repellendam se parat, nec cessat
dum se vindicaverit. Ubi quam ipsis intervenire potest
id pro qualitate personarum et reliquarum circumstantiarum
arbitrio Judicis relinquitur, secundum Ob. hic. Non vero
illi tamen datur hoc interdictum qui eiectus ē ex fundo quem
possidebat sive animo sive corpore, sed et illi cum fundum
ingredi vellet ē prohibitus l. i. §. interdictum hoc iuncto
§. eum qui ff. d. tit. Ut autem hoc interdictum non datur nisi
illi qui fuit in successione, ita quoque non datur nisi contra
illum qui aliquam possessionem turbavit. Et quidem omnino.
Unde si quis bonum eijecerit ex fundo relictis ibi eius
servis adversus deijcientem bonum interdictum hoc non datur
quia sed per servos suos adhuc possessionem retinet d. l. i.
§. non autem. Quod verum ē modo illos servos libere pa-
tiatur in fundo versari. Si vero eos vinceat, in carcerem
detrudat, aut ijs imperet tunc bonus eorum omnino deiectus
censebitur, nec vero per illos amplius possidere dicitur quam ipsi
ab alijs possidentur d. l. i. §. idem Viviano. Nihil autem
interest an ille qui deijcerit adhuc possideat vel non, nihilo-

ming n. hoc interdicto tenebitur ibid. §. ex interdicto. Ut vero sciatur
quid veniat in hoc interdictum notandum est eum qui deiecit teneri
deiecto ad restitutionem possessionis cum omni causa quam erat
habiturus si deiectus non fuisset d. l. 10. §. qui vi deiectus. Unde
et ad fructuum restitutionem tenetur obligatus qui percepti
fuerunt ex die quo alium deiecit §. ex die ibid. Et quidem
intra annum tenetur de omni eo quod deiectus ibi habuit, sive suum
fuerit sive alienum. Post annum vero de eo tantum tenetur quod venit
ad deiicientem et fuit deiecti ibid. in textu et §. quod autem
ait. Nec refert hic postea res illae nulla culpa deiicientis
interierint aut incendio sint consumptae, nihilominus non plus
earum restituet ibid. §. denique Julianus. Ex quibus facile
intelligere est hoc interdictum. Unde vi detur principaliter
ad res immobiles fundum invasum dari tamen quoque in consequentiam
ad res mobiles quae in fundo illo invaso fuerunt. Quid si
autem quis deiectus non sit sed turbam videns adventantem
aufugerit putans se deiiciendum si mansisset, an et tali
hoc interdictum dabitur? Respondemus dari si illi superveni-
entes fundum eius postea vi occupaverint §. item Labeo
ibid. An autem et in haeredes hoc interdictum datur? Sicut
est dari in quantum ad eos ex vi defuncti pervenerint d. l. 1.
in f. l. 2. C. unde vi. Nisi lis fuerit cum defuncto
contestata tunc et in solidum haeredes tenentur ut et
in aliis delictis evenit l. unica C. ex delictis defun-
ctorum. Et de hoc latius est dictum supra. Atque hoc
interdictum unde vi, ut et reliqua interdicta, Juris
est Stoici. Jure vero Civ. aliud remedium ad vindicandam
violentiam datum est, quod recensetur ab Imp. hic §. sed con-
stitutionibus. de quo dictum est Imp. de vi bonorum Rapto-

Docet quoque ibid. Imp. propter haec Civilia remedia adversus
nim et criminalia Judicia esse introducta de quib. dicentes
j. tit. Vtt. Hoc ista venit Imp. ad 3. divisionem interdi-
ctorum quae sunt alia sicut dupplicia, alia simplicia s. tertia di-
visio hic. Ubi dicit dupplicia ea esse in quib. uterque est
actor et reus, ut in interdicto uti possidetis, ubi uterque
possidet, et cupit se in possessione retineri. Simplicia vero
ubi unus est actor et alter reus ut in interdicto unde vi, ubi
unus possidet, et alter agit ad possessionem. Bene in fine
huius tit. docet Imp. interdicta ut et alia omnia iudicia
esse extraordinaria, id non amplius esse opus ut ea quis
a praetore prius impetret sed posse statim coram eo pro-
poni l. final. C. de interdictis. Erat n. olim necesse
ut quis actionem a praetore impetraret nec ea alter da-
batur, quam sub certis verborum formatis ubi signis
in unica syllaba errabat, tota cadebat causa. Quae omnia
quia captiosa nimis erant et plena nihilitatis Imp.
Constantinus sustulit. tit. C. de formatis et Impetra-
tionibus sublatis.

De Poena temere Litigantium.

Folus Hei-
mus Sextus.

Postquam Imp. hucusque ad longum docuit, quomodo quis
ius suum sive proprietatis, sive possessionis persequi

aut retinere possit, quia contingit aliquando ut remedijs
istis Juris, aliqui abutantur tradit hoc tit. Imp. qua pena
tales sint constringendi. Habent autem poenas tres, quarum
prima est iuris iurandi calumniae de quo §. 1. hic. Iurant
autem actor et reus tactis sanctis Evangelijs, quod non ca-
lumniae causa ad agendum vel contradicendum venerint, sed
putent iusta ratione id se facere, et iustam se causam habere
l. 4. mitio C. de iureiurando propter calumniam praestito.
Praeterea quod nihil iudicij aut alij per se vel per alios
ob hanc causam deferint, aut promiserint aut dati
sint: Exceptis ijs quae dantur advocatis et alijs quibus
dari iure est promissum: Demum quod nulla probatione uti
velint nisi quam putent esse verum. d. to iuncta auth.
principales et auth. misto C. eod. Hoc tamen partes
ipsae, sed et eorum advocati, de calumnia iurare debent
quod sic putent suos principales iustam causam habere
et quam cito intelligent iniustam esse eam velint de-
serere d. §. hic et d. l. 4. mitio iuncta l. rem non no-
vam §. patroni C. de iudicijs.
Debent autem vel isti iuramentum hoc praestare sub litis
expendium id litis contestationem l. 1. et 4. et f. C. de iure
iurando propter calum. Et hoc iam sufficit si semel ab in-
itio quo ad totam causam de calumnia fuerit iuratum
auth. hoc servandum C. eod. Solum non ad quaslibet
probationes hoc iusiurandum ratio adhibebatur l. 1. C.
eod. Cuius hodie iure Can. Et in praxi magna si-
militudo remansit, ut sic si quid occurrat et post
iuramentum calumniae praestitum, ubi altera pars aliquid
malitiose nitebitur agere, tum illi ab adversario

adversario iuramentum opponi potest, quod quicquid agit bona fide agat et sine malitia: Hinc vocatur illud iuramentum malitiae ut videre c. 4. in f. extra de iuramento calum. Et haec de iuramento calum. quae dicta sunt iura nostra firma esse voluerunt, ut nec partes ei possint expresse renuntiare d. l. 4. §. sed quia Ratio est quia ea quae pro communi utilitate sunt introducta a privatis remitti non possunt ibid. iuncta l. ius pub. ff. de pactis. Et haec accipienda est de expressa renuntiatione. Sunt n. partes una alteri hoc iuramentum non deferre, et sic tacite huic beneficio renuntiare cap. 1. §. ppr. q. de iuramento calum. in 6. Nonnunquam n. evenit ut quidam notarium expressa efficiant quae omissa tacite nihil obsunt l. nonnunquam ff. de conditionib. et demonstrationib. iuncta l. expressa de reg. iur. Quis autem sit effectus huius iuramenti dicit Imp. §. haec autem omnia hi. Ut sic victus victori in litis expensas condemnetur quae victor iuraverit. Quod si Iudex non curaverit debet ipse expensas de suo potare. l. properandum §. sine aut. alterutra C. de iudiciis. Et haec vera sunt si quis temere litigaverit, instam n. litis causam habens postea vincatur tamen in expensas non condemnabitur argumento legis quae temere ff. de iudiciis. Quo casu plerumque expensae utrinque compensari solent. Quid si autem requisitus quis ad iurandum de calumnia nolit iurare? Statuit Imp. Iustinianus, ut si actor iurare recusaverit cadat actione tamquam improbus litigator. Si vero reus iurare nolit habeatur pro confesso ita ut Iudex eum statim sententiam suam condemnet d. l. 4. §. 1. si actor C. de iureiurando ppter calumniam.

Secunda poena temere litigantium est pecuniaria de qua
Imp. §. adversus hic. Ubi dicit si quis aliquid in iudi-
cio neget quod tamen revera ita se habet tunc eum falsitatis
contradictum teneri in dupplum vel tripplum. Quod illud in
est in casib. ibi enumeratis de quib. et dictum est supra
ex maleficiis tit. de actionib. et §. finali tit. de ob-
ligationib. quae ex quasi contractu. Casus ille ubi tri-
pli fit condemnatio explicatus quoque est sup. §. tripli
de actionib. Reliquos casus ubi non per indurationem
sed statim ab initio in dupplum vel quadruplum
actio datur, ut videre est sup. tit. i. r. et s.

Tertia actio poena temere litigantium est infamia de
qua Imp. §. ex quibusdam hic ubi enarrantur actio-
nes partim ex criminib. partim ex certis quaestionib.
ubi quis per seriem infamatur. Distinguit tamen Imp.
inter actiones ex quaestionib. directas et contrarias ut
sed directae infamant contrariae vero non. Ratio est quia in
directis agitur de perfidia a deponente sed contra
depositarium qui mala fide in re deposita conversatus:
In contraria vero actione tamen agitur de calculo et errore
super sumptib. sed quos forte depositarius in re de-
posita fecit l. furti in f. ff. de his qui notantur infa-
mia. Notanda autem bene est differentia quam dat Imp.
in f. d. §. ex quibusdam hic inter pacta super
criminib. et inter pacta super contractib. Quod sed
pacta super delictis quoque infamant non minus quam
iudicis sententia. Ratio est quoniam illud crimen confiteri
qui pactum l. quoniam ff. d. lit. Ut autem pactum infamet
debet esse non gratuitum sed numini vel aliquid simile

ex illo pacto fuisse datum l. non damnatos C. ex quib. causis
infamia irrogetur. In pactis vero super contractib. aliter est con-
stitutum ut hoc sit cum pactio sive sine pactio facta sive non
tamen infamet d. §. ex quibus tamen hic iuncta d. l. damnatos.
Ratio differentiae est quia non tam turpis est pactio super
contractib. quam est illa ex delictis l. in actionib. ff. de his
qui infamia notantur. Demum §. f. hic dicit Imp. omnium
actionum initium esse in ius vocationem. Antequam n. acti-
onem suam quis proponeret debebat prius adversarium
ad eum vocare qui iurisdictioni operat iuris sui ex-
periendi gratia, ibique postulare actionem, ut dictum est
tit. proximo. Ideo autem hoc sub finem huius tit. Imp.
subiungit quod et illi habentur inter temere litigantes
quib. a tutore interdictum est certas personas sine ne-
nia in ius vocare ut videre est in f. hic. Et de iis quoque
dictum sup. §. poenales de actionib. In locum autem huius
in ius vocationis successit hodie citatio, quae
fit non ab ipsis litigatoribus quantum in ius vocatio
sed ad instantiam litigatorum ab ipsis iudicibus.
Fiunt autem citationes plerumque tres. interposito
tamen semper intervallo 30. Tertium vel et una peremptoria
prout iudicii ratione causae personarum et loci videtur
magis convenire. l. ad peremptorium cum quatuor seqq.
ff. de iudiciis iuncta l. consentaneum. l. 3. de iuris-
dictione cum auth. qui semel C. quo et quando iu-
dex. Non tenetur citatus comparere per se sed sufficit
ut compareat per procuratorem l. ult. C. de procura-
toribus. quod verum est in causis civilibus in criminalibus
non tenetur quis ipse in propria persona comparere.

l. f. §. ad crimen ff. de pub. Judiciis. quod si a. nec
per se nec per procuratorem rei ita legitime citatus compa-
reat tunc actor in possessionem rei litigiosae per Judicem
mittitur, et sic adversarius suus petitor et actor constituitur d. l.
consentaneum in f. potest quoque Judex una parte absente ad
sententiam definitivam procedere. Si de causa sufficienter li-
tigant et eum absolvere vel contemnare quidam vel
iniustam causam fecerit, ut tamen ille semper in expensas
condemnetur qui contumaciter abfuit l. properandum §. sin
autem et §. et si quidem C. de Judiciis. Ratio autem cum
et absente una parte Judex si de ea causa constet ad
sententiam definitivam potest procedere ea est quia non
quaerit, sed ideo quis iustam causam amittat quod ab-
sens sit, neque qui iniustam habet, ideo quod praesens
sit eum vincat. Et hinc dicit Imp. litigatorum absen-
tiam Dei praesentia suppleri, quisque vult unicuique
ius suum reddi d. l. properandum §. cum autem quae autem
citatio sit legitima ut illi parere citatus debeat
suis locis docebitur.

De Officio Judicis.

Titulus Decimus Tertio.

Postquam huc usque docuit Imp. de iure ipsorum litigan-
tium quo sunt ipsi utuntur adversus se mutuo non hoc tit.
subiungit. quomodo inter illos iudicare debeat ipse Judex.

Tradit aut Primo regulam quandam generalem, quod se habere Judex in omnibus actionibus debeat, Deinde ist demonstrat in certis actionum speciebus. Regula generalis ista est debere Judicem non aliter Judicare quam ll. constitutionibus aut moribus. sit proditum initio hic. quae tria quod inter se differant patent ex tit. 2. libri primi sup. Et hinc a contrario sensu colligitur sententiam contra ll. aut constitutiones latam nullum robur obtinere adeo quidem ut ab ea appellare non sit necesse l. 1. §. quod sententia sine appellatione rescindatur. Quod illud dum est si contra Jus ipsum constitutum sententia sit lata, v. g. Judex pronunciaverit non obstantibus aliis tutelis aut incerto numero liberorum tum tutelam alterius debere accipere vel non obstante quod sex tum testes testamento adfuerint vel ab impubere factum sit tum illud subsistere. His signis tam casibus et similibus contra ipsum ius constitutum sententia est dicta, et ideo ea ipso Jure nulla est et sic non opus est eam appellatione rescindere. d. l. 1. Quod si vero Judex ita pronunciaverit se ideo contemnare quia tutor constituendus non habuerit, antea tutelas vel tot liberos, vel quod in testato fuerint 7. testes, vel testator fuerit pubes ideo testatum valere, tunc sic ista vera non fuerint gravatus debet appellare, et si non appellaverit sententia ibit in rem iudicatam, quia sic non fuit pronunciatum contra ius constitutum, sed contra ius litigatoris d. to iuncta l. 2. C. quae pronunciare non sit necesse.

Quod aut dicit Imp. de ll. et constitutionib. idem et accipiendum est de statutis, iuribus, sed municipalibus, uniuscuiusque Ciuitatis vel prouinciae habent n. et haec nim ll. in tali to. l. oes populi ff. de iust. et iure. Et hoc quoque obtinet in consuetudine aliqua speciali hoc sed nec illius Ciuitatis nec n. contra istam iudicis sententiam valet, cum et haec in isto to. iuris legis obtineat et praevaleat legi aut consuetudini generali l. venditor s. f. ff. coia. pdicor. Semper n. generi per speciem erogatur Ex priorib. per posteriora l. generi ff. de R. I. iuncta l. pacta nouissima C. de pactis. Unde colligitur si vel legi consuetudo, aut consuetudo specialis consuetudini generali adversatur, quod sit sequitur. Ut aut Iud. hoc sui officii perpetuo sint memores iurare debent praecipuam ad manus illud assumantur quod in oib. sdm ll. et ius velint iudicare s. insinuandum acts. de defensoribus Ciuitatum. Cui non obstat quod dicitur l. defensoribus ciuitatum l. rem non nouam C. de iudiciis. Iudicem sed iudicare debere sdm id quod sibi aequum fuerit visum. Quod item quoque dicitur Ex aequus acts. insinuandum quod petatur Ecce n. hoc ipsum illgndm et sdm ll. ut sit hic consensus debere iudice postquam omnia diligenter prout sibi visum fuerit considerauerit postea sdm ll. pro iustiori parte sententiam dicere. Post istam regulam generalem venit nunc Imp. ad istas certas species actionum, quo sed iudex ibi sententiam suam debeat formare. Prima est actio noxalis ubi alternatiue dicendam esse sententiam suam docet initio hic. et patet ex iis quae dicta sunt sup. te

de noxalib. actionib. Rō ē quia nāa hg actionis illud
desiderat ut alterutrū q̄ ītēt, aut damnū ipsū aut ille
q̄ damnū fecit. Debet aut sentia semp esse cōformis
ipsi actioni q̄ in libello ē proposita l. f. C. de fideicom.
libertatib. Secunda actio ē in rem ubi iudex debet
rem cōdemnare nō ad rem ipsā tm̄ restituendā, sed una
et cū fructib. §. i. hic iuncta l. q̄ restituere ff. de reivind.
Sic aut cōdemnatus statim debet illam rem restituere nisi
petierit ditationem ex iusta cāa, ut q̄q̄ ipsi terit eo no-
mine cautionē, ut uidere ē d. §. i. Secus ē in actionib.
personalib. ubi cōdemnato quatuor mensas concedūt intra
quos sentiam executioni demandet l. f. in f. C. de usuris
rei iudicatā. Ut a. reg. debeat rem cū fructib. resti-
tuere id illgndm ē de fructib. adhuc extantib. Imo
et de cōsumptis si fuerit mala fide. quod si n̄ bona
fide possederit tunc nō tenetur de fructib. cōsumptis
nisi quos post litem cōtestatam percepit, quia sz tunc
incepit mala fide possidere l. damnū l. sertū C. de
reivindicatione et d. q̄q̄ sup. de rerum divisione.
Tertia actio est, hæreditatis petitio de qua Imp.
et si hæreditas hic ubi dicit eandem poenē esse
rationē inter hanc actionē et rei vindicationē. Differ-
unt tn̄ in hoc q̄ in rei vindicatione post litis con-
testationem veniant oēs fructus d. l. certum. In
petitione n̄ hrdtis. statim et post inchoatam
petionē fructus oēs debentur adhuc lis nō sit con-
testata d. §. etsi hæreditas in f. hic iuncta l.
sed etsi §. si ante ff. de petitione hæreditatis. Et de
hac q̄q̄ actione d. sup. tit. de actionib. &c.

Secunda acti

quarta actio est ad exhibendum qua scilicet agitur ut potestas fiat
publice coram magistratu rei alicuius fidentiae et apprehen-
dentiae iuxta l. scilicet ff. ad exhibendum. Et hinc dictum est ex-
hibere quasi extra secretum libere l. 3. §. 1. ff. de hoc libe-
ro exhibendo. Unde sequitur in rebus immobilibus non agi ad
exhibendum cum semper sint in aperto l. 2. C. quando et quib.
quarta pars lib. 10. quid autem iudex facere debeat
in hac actione dicit Imp. §. si ad exhibendum hic ut scilicet
rem cum omni sua causa et cum fructibus a lite contestata
perceptis iubere exhiberi in aliam formam. d. l. 10. Et hinc
colligitur si res quae petitur exhiberi in alia forma sit trans-
lata eam rursus ad priorem esse redigendam et sic de-
bere exhiberi l. gemina cum l. sequenti ff. ad exhibendum.
Est autem haec actio praeparatoria ad alias actiones quas
quis postea vult intentare. V. g. reivindicationem
l. 1. et 3. ff. eod. Saturus omni illi cuius interest
rem exhiberi ob actionem postea intentandam d. l. 3.
§. Componimus modo tamen ex ista Ei honesta causa eaque
pecuniaria intersit dicto tamen §. si verum iuncta l. sed liber
in f. eod. Competit autem actio ista adversus omnes
qui possident vel et detinent. Imo et contra illos qui
dolo malo desierunt possidere d. l. 3. in f. l. cessa-
mitio et fine. l. Iuliano mitio. ff. eod. Et hinc vi-
dere est quod actio ista sit quidem personalis sed et in
rescripta, quia scilicet datur adversus omnes possessores
d. l. 3.

Quinta actio est fam. Herciscundae de qua Imp. §. si familiae hic. Sexta actio est coj. dividundo de qua §. §. eod. hic. quib. locis clare docetur quid Judici in duabus istis actionib. incumbat ut sz quod ad rerum ipsarum aequalitatem omnimodam in sua sententia servet. Quae et patent ex dictis sup. tit. de actionib. Septima actio est finium regundarum in qua quo sese Judex habere debeat docetur §. finalis hic. Praeter hanc autem actionem circa terminos et aliae actiones competunt, ut actio ex l. quoto. Si quis post iudicium acceptum partem alterius usurpet quod tunc condemnatur, ut et partem illam perdat et tantundem de suo. l. f. §. constituerit eo finium regundarum. Ut et actio ex l. agraria in 10. sz aureos pro singulis terminis quos quis amovit l. f. §. de termino moto. Et praeterea quoque actio ad poenam extraordinariam, ut relegationis, castigationis p. l. 1. et 2. f. eodem.

De Publicis Judiciis.
Tit. Ultimus.

Quare Imp. hunc tit. Separatim superioribus titulis subiungat, patet ex ipso suo initio. Differunt enim multa publica haec Judicia a privatis, atque ideo non debuit eorum tractatio confundi. Dicuntur autem haec pub. Judicia quasi populica, quae cuivis ex populo plerumque

Ratio

dentz nō illis tm̄ quorū ē dictū mitio ubi dī plerumq; quia
sunt et aliqui quib. ll. prohibent publicis Judiciis ac-
cusare ut videre ē l. 8. cū seqq. ff. de accusationib. et
toto tit. C. de his q accusare nō pūt. Sunt a. Judicia
quid pub. Judicia. Pub. q ex ll. pub. iudiciorū veniūt et quib. publice
delicta graviora coerentz l. 1. ff. de pub. iudiciis. Diffe-
runt n° hoc pub. Judicia a privatis. Primo q nō per
ja Differentia pub. Judiciorū actiones ordinentz, in his n. qui agit accusator dr̄ d.
mitio hic. Secundo q̄ is qui accusat debeat se inscribe-
re ad poenam sz talionis si nō probet q̄ intentat. Tertio
3ia. q in his agatz ad poenam fisco applicandam. Quarto q̄
4a hic oēs poīnt agere, ut tn̄ plurib. concurrentib. Judex
eligat magis idoneū. Cū similib. videre est apud
gloss. et bb. hic. Et quo ad ista illgndz ē quod dicit
Jacq. nihil oīo simile habere pub. iudicia cū privatis.
Non n° quo ad oīa reliqua in multis n. adhuc pub. iudi-
cia cū privatis conveniūt, ut videre ē in gloss. hic. ver-
bis neq oīo. Dicit ista dōt Jacq. pub. Judicia ē supplicia
alia capitalia, alia nō capitalia. d. mitio hic.
q sint Capitalia Judi. Capitalia dicuntz q mutilant capite sine naturali sive ci-
vili. Ut v. g. amissione Civitatis libertatis ibid. in-
da l. 4. ff. de poenis. Lz n° duplex poena capitalis
sit, in dubio tn̄ bb. volunt accipi eam q Civitatis ē ca-
pitis diminutio, ut pote leviorem. In dubio signi-
dem mitior semper ē sntia sequenda l. interpretatione
ff. de poenis. Publicorū Judiciorū capitalium
spes prima. Prima species ē ex L. Julia Maiestatis de qua

Imp. S. Jo. hic. Ubi dicit quod huic legi locus sit et quod eius poena
poena, sunt autem in hoc crimine uti gravissimo mulcta 152
singularia, ut sed ex solo conatu quis in hanc legem nici-
atur, hoc adhuc effectus non sit subsecutus. Ut et filii ex
delictis parentum omnibus bonis spoliantur perpetuo sint in-
fames, nec ad ullos unquam honores evehantur, ut
nec morte delinquentis crimen hoc extinguatur.
Ut statim quis omnium bonorum suorum administratione
cadat atque delictum est commissum non vero tunc prius effuerint
condemnatus. Ut nullus omnino hic prohibeatur accusare
hoc alias sit prohibitus. Quae omnia aliter obtinent
in aliis delictis: De quibus videatur lex 1. 7. et
finalis ff. ad Jul. Maiestat. et lex 4. 56. et
fin. C. eod.

Secunda species ex l. Jul. de Adulteriis de qua species 2da.
S. item l. Julia hic ubi dicit Imp. ~~et~~ adulteros
gladio puniri. Quae poena non est ex l. Julia sed ex
constitutione Imp. Constantini l. omnis r. C. ad
l. Jul. de adulteriis. Et hanc poenam postea Imp.
Justinianus sustulit in mulieribus quas vult in mona-
sterium detrudi auth. sed hodie C. eod. Et hanc accu-
satio intra quinquennium primo competit marito dein-
de patri adulterae uxoris, postea agnatis, postremo
et omnibus extraneis. l. 2. l. constante l. si maritus ff. eod.
Poterat autem Jure Civili maritus tantum uxorem adulterii
accusare non autem vicissim uxor adulterum maritum,
t. i. C. eod. quod iure Canonico postea est immutatum

Ut sz aeque uxores atq mariti adulterij point accusare c. apud nos etc. f. 32. q. 5. quod et in praxi servatz et confirmatz constitutionis Carolinis constitutione 150. Poenam aut eandem q e adulterij esse quoq eius criminis quod dr contra naturam subiungit Imp. d. §. item lex Julia hic quam poenam dicit Imp. d. §. Carolus V. in poenam ignis commutabit ut sz tales vivi gerementz constitutione 116.

Spes 3ia. Tertia species stuprum ex ead. l. Julia §. sed eadem hic. Ubi et poenam constituit stupratorum si sz honesti fuerint publicationem dimidiae partis bonorum sive humiles relegationem cum corporis coercitione. quod illegendz e si stuprum sine vi factum est, et de iure civili. Iure namq Canonico stupratorum poena e, ut stupratas ducant et detent, ne videre e c. 1. extra de adult. quod et l. veteri fuit receptum c. 22. Deuteronomij. Nunc moribus nostris et haec poena non nihil mitigata est quibus sz stuprator tenetz stupratam aut ducere aut detare et sic alternative teste Jul. Claro. Sententiam suarum verbo stuprum si sit factum, tunc stupratores poenae capitali subijciuntz l. 1. in fine ff. de extraord. criminib. quae poena confirmata quoq est constitutionib. Carolinis 119. Differt a hoc stuprum violentum a raptu de quo §. item lex Julia hic. quod raptus sit quando virgo aliqua per vim abducitz a parentib. vel aliquibus fuit commissa. quorum raptorum poena simplex e capitalis, et ea puniuntz et illi qui conati sunt tm hoc crimen perpetrare imo et alij qui perpetrantib. opem constiterunt l. unica C. de raptu virg. iuncta l. raptores l. si quis non dicat C. de Epis. et clericis. Neq interest an illae virgines consenserint an non. Neq inter eos iure civ. mrca valebant dicti

locis, quod tamen hodie fere Can. est immutatum.

Quarta species est, ex l. Cornelia de sicariis, de qua supra 4a species
§. item lex Corn. hic, ut sit qui aliquem dolo malo occiderit
gladio puniantur ibid. iuncta l. ni l. Conar. corn. ff. ad l.
Corn. de sicariis, et hic dolus in occasione semper pre-
mitur, siquidem stricto gladio occiderit. Unde occiso-
ri tali probatio incumbit in contrarium quia sit non dolo sed
defensionis suae causa vel alia aliqua occiderit l. i. cum
sequentib. C. d. tit. Et hac l. tenentur omnes qui mortuum
probaverunt licet ipsi non occiderint, ut v. g. qui mandant
aliquem occidi l. non idem C. de accusationib. Ut qui
venenum dant vel vendunt hominum occidendorum causa l. eius-
dem mitio ff. eod. qui Caroliniae constitutionis constitu-
tione 130. latronum more in rotam agi iubentur. Et hinc
quoque venefici capite damnantur d. §. item lex Corn. in fine hic.
Et videntur titulus C. de maleficiis et mathematicis
qui nunc ex constitut. Caroliniae igne puniuntur, siquidem
hominibus nocuerint Constit. 109. De iis qui cum telo
ambulant hominis occidendi causa ut et capite mulctentur
id moribus nostris in desuetudinem venit.

Quinta species est, ex l. Pompeia parricidii de quo 5a species
Imp. §. alia deinde hic. Ubi tale docet quae poena
teneantur illi qui parentes aut filios aliosque quos hoc
parricidii veniunt. De quo integer est tit. ff. ad l. Pomp.
de parricid. Et haec poena parricidii et ad eos pertinet
qui consilii huius criminis fuerunt licet ipsi sint extranei d. §.
item lex iuncta l. utrum ff. eod. Pertinet autem haec poe-
na gravissima parricidii et ad transversales usque
ad gradum 4m. teste Gillaro §. parricidium n. 4.

In reliquis committitur poena d. legis Corn. d. §. item lex
iuncta l. poenult. ff. d. titulo.

6a spes. Sexta species ex l. corn. de falsis de qua Imp. §. item
lex corn. hic adducit unam tm speciem criminis falsi quia
similiter falsum committitur circa tantum. Verum sunt et alia
species ut v. g. si quis falsa mensura falso sigillo, in-
strumento, libris rationum falsis, falso diplomate falsis
nisi quibus usus sit de quibus viderentur tituli ff. et C.
ad l. Corn. de falsis cum seqq. Quae autem sit falsi
poena docetur d. §. item lex inserviens sed ultimi supplicii, in
aliis deportationis. Una vero specie crimen crimen falsi
indidinde igne expiatur praeter confiscationem omnium bonorum
falsae sed monetae de qua tit. C. de falsa moneta
cum poena ignis quae confirmat Carolus V. constitutio ij.

7a spes. Septima species est ex l. Jul. de vi pub. et privata
de qua §. item lex Julia de vi hic. Ubi docet vim pub.
esse quae cum armis fit, vim vero privatam quae sine armis.
Illam puniri deportatione, hanc vero publicatione tertiae
partis bonorum quae ad longum videre est tit. ff. et C. de
vi pub. et privata. Hodie qui armis et conductis hominibus
vim faciunt ex constit. imperii mittunt in poenam
fractae pacis publicae quae est ut vitam et bona amittant
licitum praeterea sit unicuique illos impune evitare.

8a spes. Octava species est, ex l. Julia peculatus de qua Imp.
§. item lex peculatus. Ubi docetur qui crimen hoc com-
mittant et qua poena mulctentur, deportatione sed
si autem iudices ipsi quid subtraxerint ultimo supplicio.
Et hoc crimen et inhaeres transit quo ad repetitionem

sz eorū q̄ defunctus de pub. ē furatus l. f. ff. ad l. Julian. pe-
culatus. Et sub hoc crimine peculatus comprehenditur et sacri-
legium ut videre ē d. §. item leg. Hodie aut sacrilegi
simpliciter ultimo supplicio afficiuntur certis et casibus
igne gcremantur, ut videre ē Constitut. Carolin. constit. 177.

Una species est de plagiariis ex l. Fabia de qua §. 4. species
poen. hic. qua lege illi tenentur qui alios abducunt vel
ijs fugam persuadent. quorum poenam esse variam patet
ex d. to et gloss. ibid. Dicit istas species Imp. §. f.
hic quatuor et species adfert publicorum judiciorum
quae non sunt capitalia.

Prima est de ambitu ex l. Jul. quod crimen committitur Sequuntur 4. species pub. iudiciorum q̄ non sunt capitalia quam 1a.
si quis magistratum pecunia mercetur vel emat, si iu-
dicem sub qua litigat saepius accedat eius sibi consiliandi
causa. Et talis sunt infames, et praeterea centum aureis
multantur l. unica ff. ad l. aemilian.

Secunda species est repetundarum crimen similiter ex l. 2da species.
Jul. quod tum committitur si quis ex officio suo ut aliquid fa-
ciat vel non faciat pecuniam accipiat. Cuius pecuniae qua-
druplum debet restituere et hoc eius heredes l. 1. et toto tit.
ff. et l. 1. et. C. ad l. Julian. repetundarum. Et hi
et extraordinarie puniuntur pro ut gravius vel levius
peccarunt l. lex Julia ff. eod.

Tertia species ē annonae ex eod. l. Jul. quando Tertia species
quis facit aliquid ut annona carior fiat. Cuius
poena ē ro. aureorum. l. 1. et 4. ff. ad l. Jul. de annona.
Praeterquam et extraordinarie punitur ut videre
est l. annona. ff. de extraord. criminibus.

Quarta et ultima spes est de Residuis. quod crimen tunc quis incurrit quando pecunia pub. in suos usus quaerit et sic debitor reipub. remansit. Cuius poena est ut triplo amplius soluat quam debuerit l. 2. et l. 4. §. 3. l. Julia ff. ad l. Juliam peculatus. Et sic Leo Sapt. Max. annuente sub finem huius anni cursus Instit. Imperialibus finis sit impositus. l.

c. 3. f. a. m. R.

Laus Superis.

Quaestiones.
Ex
Institutionibus
Juris.
Authore
Alberto Gÿphamio J. V. L.
nec non Professore
Ordinario.

Apud Ingolstadienses.

Quot sunt Libri Juris Civ.

Quatuor: Institutiones, Pandectae seu digesta, Codex, et Novellae seu authenticae. Codex inter hos quatuor libros primo fuit compositus; in eo continentur tm̄ constitutiones Imperatorum. Postea Pandectae sunt compositae, in quib. tm̄ continentur varia responsa et sententiae prudentum. Deinde Institutiones sunt compositae, sed editae ante Pandectas. Proximo post editionem Institutionum et Pandectarum anno Codex fuit emendatus quae hodie habemus. Tandem absolutis his trib. libris coepit Justinianus novas constitutiones edere, quae post eius mortem sunt repertae et in unum librum coniectae.

Libri Juris

Libri Juris Canonici.

Decretum, Decretales, Sextus Decretalium cum Clementinis et Extravagantibus.

De Antiquitatibus

Cur sunt 4. Libri Institutionum?

Quia tot erant Libri Institutionum Gayquem imitari voluit Justinianus.

Quid Continetur in Proœmio?

Tria: 1.o Imperatorem in bello armis, in pace ll.bus ornatum esse debere. Quae tuo et Justinianus habuit: Hanc in bello et gentes multas devicit, et Aphricam devictis Vandalis recuperavit. In pace ll. composuit tam in ff. quam in codice. Secundo de institutionibus suis eas suo jussu compositas a tribus, Triboniano, Theophilo, et Dorotheo et eas continere iura utilia et absoluta, eas ex antiquis Juris Ctis potissimum collectas. Tertio, hortatio Adolescentum ad Jurisprudentiam propositis Proœmiis, honoris et Reipub.

Titulus 1.us et 2.us

Prima Bipartio est in Jus pub. et privatum: Ideo dividitur in privatum, Gentium, naturale et civile. Tertio dividitur

in Jus Scriptum & non Scriptum. Hi sunt tituli generales et praeparatorii, in quibus continentur haec quatuor 1o definitiones Justitiae et Jurisprudentiae. 2o Methodus Jurisprudentiae duplex: Facilis ut in institutionibus gesta ut in constitutionibus. 3o Exempla Juris. 4o tres divisiones Juris.

Juris Scripti quot sunt partes?

~~Quinque~~ Sex. Quae?

Lex plebiscitum, Senatusconsultum, principum placita, Magistratuum edicta, responsa prudentum.

Juris non Scripti quot partes?

Quae: Consuetudo & Aequitas.

Quid est Jus Naturale?

Quod natura omnia animalia docuit. Objici potest, Jus requirit rationem: Ratio non est in bestiis, ergo nec ius. R. Jus naturale hic proprie non est ius, sed impetus et affectio.

Quid est Jus Gentium?

Est id quod naturalis ratio constituit, et apud omnes homines peraeque custoditur, ut sunt contractus, bellum, servitus, dominium, religio. Unus contractus Civilis est, non ut multi volunt quatuor.

Jus Civile quid?

Est id quod populus Romanus sibi ipsi constituit, ut Matrimonium, Tutela, Tutum, usucapio, stipulatio, actio.

Iuris subiecta quae sunt?

Personae. Res, et Actiones.

Quare est dupplex vel simplex vel quadruplex, ut subiectum physicae est corpus naturale?

Ex quia tantum in Civilib. spectat respub. personas et bona Civium. Sed ut producantur ad Effectum, remedia actionum opus est.

Quid spectatur in personis?

Primo an sit liber vel servus. 2.o an sit sui iuris vel alieni. 3.o an sit sub tutela vel cura vel neutro genere iure. quo primum iuris subiectum quod est de personis tractat tres divisiones. 1.a omnes homines vel sunt sui vel alieni iuris. 3.a omnes sunt sub tutela vel cura vel neutro iure tenentur. De his tribus agitur toto lib. 1.o instit. De prima divisione agitur tit. 3. 4. 5. 6. et 7. de statu. tit. 8. 9. 10. 11. et 12. Secundae tit. seqq. usque ad finem.

omnes homines vel sunt liberi vel servi. 2.a

Quid est Libertas?

Est naturalis facultas, qua quis facere sit quod libet, nisi quod vi est iure prohibetur.

Quid est Servitus?

Constitutio iuris gentium qua quis dominio alieno contra nativitatem subiicitur.

Estne Servorum et Liberorum aliqua Divisio?

Ex.

Ex. liberos diuidi in ingenuos et libertinos. Seruos nō diuidi, sed oēs esse pari iure, et nō pari officio.

Quibus modis fit aliquis seruus?

Quoby. Natiuitate uel Iure. Iure aut uel Gentiū uel Ciuili. Gentiū captiuitate. Ciuili si quis maior 28. annis ad septimum participandū sese uenūdari passus sit.

Quibus modis seruitus ēē desinit?

Manumissione, q̄ est de manu datio, uel datio libertatis.

Quotuplex? Multiplex.

Ut uindicta, testamentatio, census, in Ecclia, inter amicos p̄ Epistolam.

Quis p̄t manumittere?

Dominus. Aut oīs. Excepto minore 20. annis.

Cur annos 14. habens testari p̄t et manumittere ~~non~~ solim nō potuit?

Quia inquit Imp. libertas res inaestimabilis ex nouella iig. ~~quia~~ tpe quo testari et libertas dari ~~potest~~ licet

B. hodie tū pubes factus, qua aetate testari, eaq̄ manumittere potest.

Secunda persona diuisio

Quaedam { sui Iuris } in potestate hoīs.
{ alieni Iuris } in potestate patria.

Dominica potestas quibus modis acquirit?

Iis quibus aliquis est seruus, natiuitate et Iure.

Quibus modis tollit?

Quib. aliquis ex seruo fit liber, puta manumissione.

Patria potestas quibus modis acquiritur?

Matrimonio, seu iustis nuptijs, adoptione et legitimatione.

Quae sunt nria ad iustas nuptias?

Civitas Romana, aetas iusta, consensus tam contrahentium quam eorum in quorum sunt potestate, ut neque cognatio, neque affinitas impediat neque, frigiditas aut naturae inhabilitas vel maleficium.

An nuptiae aliquae sint iniustae?

Sunt: Ut gaudina, et quae sine consensu parentum contrahuntur, illae de iure civili, secus Canon. secundum communem opinionem.

An dos ad matrimonium nria?

Non: quia matrimonium est coniunctio personarum non rerum vel bonorum. Iure autem Canon: dos nria est.

An nria beneficio?

Iure Canonico plane est necessaria.

Legitimatio quot modis fit?

Tribus: curiae oblatione, qui modus manat ex constitutione Theodosii l. 3. C. de natura liber. Subsequente matrimonio, et rescripto Principis quae proprie dicitur legitimatio, de qua non agitur in Instit.

Adoptio quid?

Est actus legitimus, quo quis fit filius alterius, et in eius potestatem transit, excepto uno casu, quia, ut si extraneo in adoptionem detur, iura patris naturalis non dissolvantur, sed tantum iura successionis ab intestato ei tributa sint.

Extraneus hic non est Aug. maternus, licet alias sit.

Quotuplex est?

Duplex, Adoptio et arrogatio.

Quomodo differunt?

Multivariè: Adoptio fit per magistratum. Arrogatio per principem. 2° Adoptatur filius fam. arrogantur patres fam. sive iuris sui. 3° arrogatur pubes, non vero impubes nisi permissum fuerit, et causa cognita an expediat pupillo, cum his quibus, quo ut caveat. Arrogatur personae publicae, si intra pubertatem deciderint restituat ei sua bona. Ergo non emancipat nisi causa cognita bonaque restituat. Nam si secus fecerit, quartam partem suorum bonorum cum bonis quae ad illum detulit, reddere debet. Adoptantur vero tam pubes quam impubes. 4° per arrogationem non tantum persona sed etiam eius bona et liberi potestati arrogatoris subiiciuntur per adoptionem sola persona.

Tertia Personarum Divisio.

Personae sui Juris { Sub tutela sunt. Sub Cura. Neutro Jure dominentur.

Quid est Tutela?

Tutela est vis ac potestas in capite libero ad tuendum eum qui per aetatem ipse se defendere nequit: Vis et potestas idem valent, malim equidem Jus, et potestas.

Quotuplex est Tutela?

Tutaria

Testamentaria, { Agnatorum.
Legitima, { Patronorum.
Latina, { Parentum.
Fiduciaria, { Amicorum.

Quot modis gstituuntur Tutelae?

Tribus. Testamento. Lege. Latione.

Quo differunt species hae?

Primo testamentaria est ab homine. Legitima a lege, ab intestato. Latina a magistratu. 2o inter parentes tm et liberos in pote. Legitima inter agnatos et liberos, et inter libertum et manumissorem: Latina inter quos libet.

Quibus modis finitur Tutela?

Pubertate, capitis diminutione, mortis tempore.

Quotuplex capitis diminutio.

Triplex. Media. Minima. Maxima. Maxima est cum quis et civitatem et libertatem amittit. Media cum civitas perditur. Minima cum civitas et libertas manet, datur aut non dignitas mutatur.

Quis in Testamento Tutorem dare potest?

Dare pt pr: dari pont tam patres fam. qm filii fam. spheantur pro patribus fam. Item servi proprii cum libertate, et sine et ex interpretatione libertatem gsequantur. Alienus Tutor pure non datur sed sub gdoe: Idem iudicium esto de furioso et prodigo.

Quae est Fiduciaria Tutela?

Cum pr. sui fris emancipati vel impuberis post mortem patris fit tutor.

A quo Magistratu datur Latina?

A Pretore vel Prefecto in urbe, a Preside in provincia. Hodie si pupilli facultates ultra centum solidum valeant, a defensoribus Civitatum cum Civitatis Antistite vel aliis pub. pro[illegible].

Quid Curatio?

Est Jus ac potestas in capite libero, qui per aetatem aut vitium aliquod animi vel corporis, negotia sua tueri non pnt.

Quotuplex?

Simplex. Latina nulla titularia, quia curator invito non datur. 2° differt Tutor a Curatore quia tutor fit tribus modis. Curator uno. Differunt et in aliis ut in actione sed similes sunt in his trib. 3° quod tam tutor quam Curator satisdent, sed non omnis solus tutor legitimus: Uno casu Bativus satisdat sed qui sine inquisitione datus est. 4° uterque se excusare pt. 5° modus sequitur.

Quot sunt eae Excusationes?

Quindecim.

1. Liberorum multitudo.
2. Absentia Reipub.
3. Magistratus.
4. Tria onera tutelae non affectatae.
5. Lites cum parente pupilli.
6. Paupertas.
7. Adversa valetudo.
8. Ignorantia literarum.
9. Si ex inimicitia datur Tutor. 9.
10. Si a patre pupilli status gtro[illegible] 10.
[illegible] passus sit.
11. Militia. 11.
12. Coniugium sed cum pupilla 12.
si tutor gtrahere velit. 13.
13. Aetas.
14. Administratio rerum fiscalium. 14.
15. Professor Artium. 15.

Tertio quod tam Tutor quam Curator suspecti postulari possunt. Remotus ob dolum fit infamis. ob culpam et ignorantiam non item. Hodie in Germania nulli sunt Curatores, nec tres tutorum species, sed Latina, Latina nulla satisfactio.

QUAESTIONES.

Ex lib. 2.o De rebus altero Juris subiecto.

Ubi de eo agitur?

Toto lib. 2. 3. et in illis quarti usque ad actiones quo haec materia latissima patet.

Quot sunt hic divisiones rerum?

Prima res sunt communes omnium, ut aer, aqua, mare, et littora maris. Vel sunt publicae, Juris gentium, ut flumina, portus, et riparum usus. Vel sunt universitatis, ut theatra, viae, porticus, basilicae in urbe; vel sunt singulorum ut prata, aialia, domus. Vel sunt nullius ut res sacrae, religiosae et sanctae. Secunda res sunt corporales vel incorporales. Corporales sunt, quae tangi possunt, et sunt innumerabiles, ut domus, liber, vestis, villa &c. Incorporales sunt, quae tangi non possunt, sed servitutes tam rusticorum quam urbanorum praediorum. 2.o usus fructus. 3.o usus. 4.o haereditas. 5.o obligatio.

Quis ordo servatur in his duabus rerum divisionibus?

Primo agitur de modis acquirendi, ut et tit. de usucapione. De rebus illis incorporalibus, vel de servitutib. tit. 3. lib. 4. et sic de alijs in seqq. titt. agitur. 160

Quotuplices sunt modi acquirendi Dominij?

Supplices; Naturales sive Juris gentium et Civiles.

Qui sunt Juris Gentium?

1. Occupatio.
2. Species.
3. Bonae fidei possessio.
4. Traditio.
5. Accessio.
6. Foetura.
7. Alluvio.
8. Confusio.
9. Commixtio.
10. Aedificatio.
11. Plantatio.
12. Satio.

Qui sunt modi acquirendi Civiles?

Usucapio, Donatio. Testamentum.

Civiles modi quo dividuntur?

In singulares seu speciales, et universales.

Possunt ne naturales ita dividi?

R. non posse, sed eas esse singulares sive rerum singularium.

Quot sunt modi Civiles rerum singularium?

Sunt hi quinque Usucapio longi temporis possessio, donatio, legatum fideicommissum singulare.

Quot sunt modi Civiles Universales?

Quatuor.

Haereditas

Hæreditas ex Ist.nto, aut ab intestato. 2.° bonorum possessio. 3.° Arrogatio. 4. Addictio bonorum libertatis servandæ causa. Nunc videamus de rebus ~~[illegible]~~ ac primo de Servitutibus.

Quid est Servitus?

Est ius Ꝑdij quoddam.

Quotuplex?

Duplex. Urbana & rustica, quia Ꝑdium aliud urbanum aliud rusticum, ut domus, villa.

Quibus modis constituitur Servitus?

Pactis, constitutionibus. Testamentis.

Quibus modis finitur? R. Non utendo

Quid est usus fructus?

Est ius utendi, fruendi, salva rerum substantia.

Quibus modis constituitur.

Pactis, constitutionibus, Testamentis. finitur morte capitis diminutione et minima, cessione, rei interitu, non utendo.

Quid usucapio?

Est adiectio dominij per confirmationem possessionis temporis lege definiti.

Quid colligitur ex eu definitione?

Illud ~~[illegible]~~ quod sint uria seu requisita.

Quae igitur sunt nria?

Continua possessio, tempus lege praescriptum triennium 161
utrum pro re mobili, iovium pro re immobili inter praesentes,
inter absentes vicennium.

Sed nonne bona fides et iust.
Cit. Et res non vitiosa
nria quoque sunt?

Utique, sed haec sub iuncta possessione continentur.

Quid est longi temporis possessio?

